Amicissimo Everts
m. a.

IACOBI PETRI DE FREMERY,

IURIS CANDIDATI IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

COMMENTATIO

AD

QUAESTIONEM

AB

ORDINE PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM

IN

ACADEMIA GRONINGANA,

Anno CIↃIↃCCCXIX.

PROPOSITAM:

Cum in nostra, uti in omnibus aliis linguis, vocabula ſint vel primitiva et ſimplicia, vel derivativa magis et compoſita: enumerentur primo praecipuae et distinctae derivatorum nostrorum et terminationes et particulae praefixae, (quales ſunt exempli gratia ſchap, heid, lijk, baar, zaam, be, ge, ver, etc.) *earumque origo et vis, quoad eius fieri poſſit, paucis explicentur. Ostendatur porro qua ratione quibusque et quam variis modis duo aut plura vocabula componamus, connectamus, et quaſi conglutinemus; atque in his omnibus denique breviter linguae vernaculae prae nonnullis aliis Europae linguis, nominatim Francica, demonſtretur copia, ubertas, praeſtantia et cum Graeca conſenſus:*

QUAE COMMENTATIO PRAEMIO ORNATA EST.

GRONINGAE, APUD
I. OOMKENS,
Academiae Typographum
1821.

Qui de originibus verborum multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum.

VARRO.

PROLEGOMENA.

§ 1.

Omnis omnino cognitionis, cuius ex aliis nobis haurienda est institutio; Lingua necessarium est instrumentum, sive voce efferatur, sive eam scripto aut signis imitetur. Quemadmodum igitur, ut in quacunque disciplina ad perfectiora et altiora perveniamus, interior instrumentorum et fontium scientia quam maximi aestimanda est; ita generale illud, quod diximus, instrumentum, non negligendum, quin omni ope exquirendum et excolendum est. Hinc sponte sua linguae peculiaris oritur disciplina, sed varia admodum et multiplex pro ingenti diversarum linguarum in nostro orbe numero. In his autem Belgica et principem locum tenet et vernacula est; quapropter eius studium ad fructum uberrimum existimans, occasionem arripui, quam dedit Ordo Philosophiae Theoreticae et Literarum Humaniorum in proposita Quaestione, cuius pars prior in praecipuas et insignes vernaculae partes inquirit.

§ 2.

Nec minorem studio meo stimulum quaestionis pars altera adiecit. Quippe non instrumenta tantum cognitionis linguae sunt, sed insignis ad humanitatem disciplina, Historiam dico, ex linguis non minimam lucem accipit. Neque iam illud attendo, cuiusque populi linguam eius et ingenium et humani-

tatem indicare: verum ſi origines populorum indagamus, et linguae per historiam, et historia per linguas illustratur: (1) inprimis vero ſi gentis cuiusdam historia antiquitatis tenebris prorſus obvoluta est, ex linguarum comparatione non raro efficere posſumus, cuiusnam gentis aut propago ſit, aut colonia, vel quinam ſtirps communis. (2) Iam vero in iis partibus, de quibus pars quaestionis prima agit, diverſarum linguarum comparationem inſtituendam proponit pars altera, non ad conſequentias quidem perducendam, ſed per ſe utilem profecto et iucundam; in primis cum de praeſtantia nostrae linguae agatur, quam, niſi ex aliarum comparatione, prorſus cognoſcere non posſumus.

§ 3.

At vero non minus difficilis quaestio: nam, ut in omni Etymologico ſtudio, atra antiquitatis caligo inquirenti ſaepius obſtat; accedit uſus protervitas,

Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi;

Denique Latino idiomate tractandum est argumentum, de quo, quaſi vi ſua, Belgice cogitandum est quodque Belgice tractatum plerumque invenimus.

§ 4.

Sed quo difficilius certamen, eo glorioſior victoria; quae ſi non reportetur, ſolatium erit concertasſe, neque inutiliter tempus impendisſe; tum vero maxime ita fore ut magis atque melius vernaculae linguae et ſtudium iuvetur et honor augeatur. Opus igitur adgredi ſustinui; nec parum quaestionis ratio animum confirmavit et auxit: nam primum tantum requiritur ut *praecipuae et distinctae* (ex quibus exempla proponuntur) terminationes et particulae praefixae enumerentur earumque origo et vis, *quoad eius fieri posſit*, paucis explicentur: deinde aliarum quidem Europae linguarum etiam mentio ſit, ſed nominatim Francicae, ut alias quasdam ſtrictim attigisſe ſuffecerit. Quidquid ho-

---

(1) Cf. ea quae de Thracum et Germanorum communi origine tradit V. Cl. LULOFS Schets etc. p. 16. ſqq. (2) Cf. ADELUNG, Mithridates, Vorrede p. 3.

rum fit, Viri Clarisfimi, ut omisfa benevolentia vestra fuppleatis, fupervacanea non attendatis, at in primis quae minus bene fe habent excufetis, enixe Vos rogo. — Ne autem alias quam vulgares Arabicas literas adhiberem, tum defcribendi difficultas, tum in primis V. Cl. LULOFS auctoritas effecit. Sed, antequam ad ipfam refponfionem transfeamus, univerfe nonnulla praemittenda funt.

§ 5.

Nimirum quia tractatio nostra praecipue in particulis et compofitione vocabulorum verfabitur, omnino fciendum quid fit *Etymologia Belgica* (ad hanc enim illa inquifitio pertinet:) est autem „fcientia quae originem, progeniem et cognationem vocabulorum Belgicorum indagat, id est, qua ratione vocabula Belgica nafcantur, quomodo deriventur, et quibuscum aliis vocibus inter fe necesfitudinis quodam vinculo coniuncta fint." (3) Igitur de vocabulis Belgicis videndum, quae, uti omnium aliarum linguarum vocabula, vel *primitiva* funt et *fimplicia*, vel *derivativa* et *compofita*. Scilicet ut omne interius linguarum ftudium antiquitatis tenebris obvolutum est, ita vel maxime fingulorum vocabulorum nos latet origo; hinc cum Etymologia alia ex aliis vocabula deducere doceret, et haecce *derivata* vel *compofita* diceret, pro re nata, ea in quibus deficiebat, Etymologici *primitiva* et *fimplicia* dixerunt, (4) v. g. *berg*, *vrucht*, *koop*; unde derivata fluxerunt *gebergte*, *vruchtbaar*, *verkoop*; et compofita, *bergbewoner*, *vruchtverkooper* (5) etc. Haec quomodo a primitivis fuis differant fatis manifestum est: paulo accuratius vero indagandum quid inter derivata et compofita interfit.

---

(3) Cf. V. Cl. LUL. in tractatu mox citando. Etymologiae eximia profecto est in linguarum cognitionem utilitas et ingenii acuendi iucunditas; unde multi viri docti eam dilexerunt: Cf. CATEN, Aenleid. etc. II. p. 31 quamvis modo, ut dicitur, fcientifico non ita dudum tractata fuerit, quod docet ADELUNG. Umft. Lehrgeb. I. p. 79. fqq. (4) Cf. CAT. II. pag. 34. § 2. in f. WACHTER. Gloffar. Germ. Proleg. Sect. I. § 20. (5) Cf. WEIL. Spraakk. pag. 58.

§ 6.

Composita dicimus ea vocabula, quae ex duobus vel pluribus iunctis constant: *derivata* vero, quando voci cuidam primitivae non integrum aliud vocabulum adiectum est, sed particula praefixa vel terminatio postposita. Iam vero in extremis lineis admodum facilis est haec distinctio: quis enim vocem *gebloemte* ex substantivo *bloem* et particulis *ge* et *te* compositam diceret? sed propius accedant limites: e. c. terminatio *schap* communem originem cum verbo *schepen* habet, quin et antiquitus substantivum fuit per se subsistens et quidem vi continendi; hinc *wetenschap* (6) compositum videri et simili modo de aliis terminationibus et quibusdam particulis praefixis, *be* vg. iudicari possit. Sed perversus omnino illorum mos videtur, qui ubique compositiones sectantur: (7) Igitur potius liberaliorem quamdam Etymologiae rationem sequamur; atque uti modo primitiva diximus, quorum origo nobis ignota est; sic nunc derivata, non composita, dicamus, quae, quamvis forte antiquitus etiam per se substiterint, iam non nisi auxilio aliarum vocum se tuentur.

§ 7.

Superest ut de fontibus et divisione huius responsionis pauca dicam.

Ex fontibus primo loco Cl. LULOFS lectiones de *Grammatica Belgica et Rudimentis Stili Belgici* memorandae sunt, in primis vero *Excursus Etymologicus* ad calamum dictatus, qui totius huius Dissertationis aditum aperuit viamque explanavit: quare passim tantum citabitur. Accedunt eiusdem *Schets van een overzigt der Duitsche Taal of der Germaansche Taaltakken* et parvulae quaedam scriptiones suis locis memorandae. Deinde CATENII (TEN KATE) doctissimum opus *Aenleiding tot de kennisse van het verhevene Deel der Nederduitsche sprake*, ex quo in primis ad particulas explicandas tomi II. principium usu venit. BILDERDYKII, *Verhandeling over de Geslachten der Naamwoorden in de Nederduitsche Taal.* WACHTERI *Glossarium Germanicum*, cuius Prolegomena utilem operam praestiterunt, accedentibus iis, quae

(6) BILD. Verh. over de Gesl. enz. p 37. (7) Cf. BILD. l. l. passim, vg. pag. 181 et 272.

in eiusdem operis *ſpecimine* paſſim de particulis et terminationibus adiicit. WEILANDI *Nederduitſche Spraakkunst*, et *Nederduitsch Taalkundig Woordenboek*, quod opus uſu terendum fuit. HUYDECOPERI *Proeve van Taal- en Dichtkunde*, eiusdemque *annotationes ad* AEMILIUM STOKIUM. ADELUNGII *Umſtändliches Lehrgebäude der Deutſchen ſprache*. SIEGENBEEKII *Betoog van den Rijkdom en de Voortreffelijkheid der Nederduitſche Taal enz.* (8) Quibus omnibus ſuas ſingulis laudes tribuo, quantum autem iis debeam ex annotationibus apparebit. Porro alii ſunt quam plurimi, quos evolvere aut paſſim inſpicere opus fuit: ſed praecipuis tantum memoratis, ne in ostentationis crimen incidam, hos ſuis locis citabo.

Quod ad diviſionem non multa verba faciam: ipſa enim quaestio eam indicat, quam rationem ſecutus, tria mihi capita propono: ut,

I^um de terminationibus praecipuis et particulis praefixis agat.

II^um de vocabulorum compoſitione: ut denique.

III^um linguae vernaculae in his omnibus prae aliis quibusdam praeſtantiam et cum Graeca conſenſum ostendat.

Subdiviſionem horum capitum, ne bis idem agam, hic omitto.

---

(8) In het V^de D. der Werken van de Bat. Maatſch. van Taal- en Dichtkunde.

CAPUT PRIMUM.

De praecipuis et distinctis derivatorum nostrorum et terminationibus et particulis praefixis.

§ 8.

In linguis ita fieri folet, ut quae minima videantur faepe maximi fint momenti: exemplo fint *interiectiones* quae dicuntur: hisce breviora fere non adfunt vocabula, tamen feparatum vocum caput efficiunt, affectionesque nostras plenisfime exprimunt. (9) Eodem modo terminationes et particulae paragogicae pauculis literis id efficiunt, ut unius plerumque fyllabae additione vox plane aliter determinetur et longae verborum ambages evitentur, quae infuper faepe non nifi imperfectius idem fignificarunt. (10) Hinc accidit quod linguarum divitiae infigniter pendent ab harum particularum abundantia et a facilitate eas cum aliis vocabulis coniungendi. Neque nostra lingua in hisce deficit: imo talis inquirenti occurrit copia, ut omnium earum naturam accurate investigare labor HERCULEUS foret: igitur hoc loco non nifi praecipuae et distinctae enumerandae funt: quaenam autem terminationes tales habendae fint, quaenam particulae praefixae, feparatim videndum.

---

(9) V. BILDERD. l. l. pag. 31. (10) Egregie inter alios haec fpeciminibus probavit WACHTERUS Prol. ad Glosf. Germ. propofuitque has Etymologicas regulas: *particulae folent esfe verae radices*, et *absque particulis nihil derivari*, *nihil componi potest*.

SECTIO PRIMA.

De praecipuis et distinctis derivatorum nostrorum terminationibus.

§ 9.

Terminationes vocabulis adiectae duplicis ſunt generis; vel *flexionis*; vel *derivationis*. (11) Illae aut declinationi et motioni inſerviunt, id eſt in ſubſtantivis et adiectivis; aut coniugationi in verbis; ita ſi τῷ *ſtoel* flexionis particulam *en* addas habes pluralem numerum; ſi radici *werk* eandem adiungis, habes infinitivum *werken:* nec tamen huiusmodi particulae ad nos pertinent: vix enim vocabula primitiva, quibus adiectae ſunt, derivata dicere poſſes, ſaltem non, qualia derivata quaeſtio reſpicit, quorumque manifeſta exempla exhibet. Igitur de terminationibus derivationis genitricibus agendum eſt: quarum quaenam praecipuae et diſtinctae habendae ſint, quaenam minus, non anxius inquiram: ſed univerſe eas enumerabo, quarum et uſus inſignis eſt, et manifeſta adiectio: itaque *tier*, *teit*, *lei*, *hande*, aliasque, quippe non adeo praecipuas, vel omitto, vel breviſſime attingo: item, *'en*, *ſem*, *iet*, etc., quae ita cum primitivis conglutinatae eſſe ſolent, ut difficilior ſit ſeparatio; contra quam, ſi ex. g. a voce *wonderbaar* terminationem auferas, remanet integrum vocabulum et per ſe ſubſiſtens: quales tamen componendi magis quam derivandi particulae non videbuntur, modo cautio § 6. prolata obſervetur.

(11) Cf. CATEN. l. l. II, pag. 64. et ADEL. l. l. t. 1. pag. 212.

§ 10.

Iam enumerationis ordo constituendus est; nimirum; duce CATENIO, summo nostrae linguae scrutatore, tres terminationum classes faciemus, quarum prima eas continebit, quas Belgice *Zachtstaartigen*, secunda, quas *Onzachtstaartigen*, tertia quas *Vol-op-klemstaartigen* vocavit: (12) in quibus singulis ipsius etiam ordinem servabimus; quatenus scilicet nulla recedendi erit ratio; quae si adesse videatur, monebimus.

§ 11.

Ex prima classe non multae ad institutum nostrum pertinere videntur: quae autem maxime in censum veniunt, age, explicemus.

I. *Er* et *Aar*. Has recte, opinor, CATENIUS (13) ob similem in utraque vim unam eandemque habet et exemplo linguae Franco-Theoticae, ubi *ari*, *ar*, *eri*, *ere*, et *er* pro nostro *er* invenitur, hoc confirmat: quamquam paululum obstaret emphasis, quae nulla est in *er*, sed tenuis in *aar*, nisi et in aliis, v. g. in *lik* et *lijk* similem pronunciationis tantum differentiam inveniremus. Variae autem sunt virorum doctorum de huius terminationis origine sententiae, in quas omnesque minus inquiram, vetat proposita brevitas. Placet autem BILDERDYKII sententia (14) linguae quadam vibratione hancce terminationem in ore nostro creatam, vim suam (de qua mox) ex ipsa origine habere et convenire cum Celtico articulo *ar* et pronomine Germanico *er*: (15) placet autem, quoniam tum simplicior tum generalior est et magis cum infinita vocabulorum in *er* desinentium multitudine congruit, quam quaecunque alia origo. In quibusdam tamen vocibus propiorem originem indicare licet; nam primo quidem ex aliis linguis interdum repetenda est terminatio, ita a *Caesare* duximus nostrum *Keizer*, a *carcere kerker*, (16) porro in nonnullis avium nominibus

(12) l. l. pag. 65. (13) II, p. 80. (14) Vide ipsum l. l. p. 43. (15) Pag. 181: multis autem linguis hanc terminationem communem esse ostendit p 259 sq. et p. 187. (16) Plura exempla vide apud WEILAND. Lex. Belg. v. *er*.

vocem *aar*, quae *magnam avem* fignificat, distinguere posſumus; exemplo ſint *ſperwer*, *reiger* etc. quomodo etiamnum dicimus *adelaar*: denique vox *jonker* pro *jonkheer*, *jonge heer* cum WEILANDO dictum puto, qui alibi (17) obſervat in Gelria ſimili modo pro *landheer lanter* dici: etſi longe abſim, ut univerſe hanc derivationem admittam. (18) — Quod ad vim huius terminationis attinet, activa ſubſtantia, ut dicit BILDERDYKIUS, (19) ea exprimitur: quam ſententiam natura literae *r* confirmat, cui, obſervante iam SOCRATE in PLATONIS CRATYLO, motus ſignificatio ſaepius inest: itaque ſi verbi alicuius radici iungitur, actorem ſignificat (*den werker*): *gever* est qui dat, *leeraar*, qui docet, *lasteraar* qui calumniatur, *ſterver* (20) qui moritur: ut hoc caſu etiam masculi generis accedat ſignificatio, nempe per applicationem ſive appropriationem, quum terminatio *er* per ſe adiectivalis ſit, ita ut genere careat. (21) Quin ét maior inest vis, ut v. g. *rooker*, *drinker* eum ſignificet, qui libenter fumat vel libenter bibit, cuique ea est conſuetudo: (22) quamvis non existimem hanc propriam et primitivam vim fuiſſe; etenim a particulari ad generale pervenire ſolemus, et multa ſunt vocabula in quibus conſuetudinis ſignificatio uſu venire nequit. (23) Eadem vi etiam ſubſtantivis adiicitur haec terminatio, uti ex τῷ *ſchip* fit *ſchipper*, ex *tol tollenaar*, *moord*, *moordenaar*, (24) ut agendi ſignificatio vel magis vel minus ſubſit; interdum etiam adiectivis, ut exprimatur ſubſtantia, quae qualitatem in adiectivo ſitam ſuſtinet, cuius generis est *meester*. (25) Ex hac autem ſignificatione ſponte fluit alia, ut ſcilicet inſtrumentum, quo agitur, pro actore ſumatur, quo modo dicimus *waaijer*, *ligter*, *boender*, *voeder*. Alia vis est ut, quemadmodum actorem ſignificat,

---

(17) V. *land.* (18) Quam ſibi ipſe refutavit CATENIUS II, p. 66. (19) Pag. 45. (20) Apud VOND. HERSCH. van OVIDIUS X, vs. 276. (21) Vid. BILD. p. 290. quod probant adiectiva in *er* a verbis derivata, de quibus mox agendum est. (22) Quod obſervat HUYD. Pr. van Taal en Dk. II, pag. 473: ita H. L. SPIEGHEL lof van dansſen:

— Is 't geen dronckert die ſyn nooddruft drinckt?
Is 't geen muſycker die na luste ſinght?
Soo is 't oock geen dansſer, die danst op bequame tydt.

(23) Magis haec frequentiae vis adest, ubi verbi radix cum voce *man* componitur: ita differt *kooper* et *koopman*. (24) Quae his exemplis inſeruntur literae, non id efficiunt ut peculiaris ſit terminatio; frequenter enim et varias ob cauſas inſeruntur literae. (25) Vide BILD. pag. 45.

fine actione folum masculinum genus demonftret, veluti in voce *kater*, *doffer* (pro quo Duiver apud KILIAN:) alia, ut gravitas, capacitas, aetas indicetur; ita de globo *een twaalfponder*, de navi *een vier en zeventiger*, de homine *een tachtiger* dicimus; fed haec funt minus praecipua, quare ab iis difcedimus. Superfunt quaedam alia in *er* fubftantiva veluti *weder*, *donder*, *oever*, in quibus WEILANDUS terminationis obscuram dicit rationem. — Sed non tantum fubftantivorum ratio habenda est: in adiectivis enim duplice modo *er* invenitur, vel in pofitivo, vel in comparativo gradu: illius exempla funt *bitter*, *zwanger*, *duister*, alia, quae eodem modo et vi, ac de fubftantivis vidimus, a verbis derivata videntur: quod nominatim in *lekker* et *zwanger* CATENIUS ostendit. (26) Comparativum autem fi facit adiectum *er*, etiam hic aliquid masculum, eminens, fe extollendo movens quafi, agnofcere licet, *grooter*, *zwaarder*, conveniteque Latinum *or*, Graecum *ερος*: quamvis haud credam WACHTERUM (27) illud cum Gothico *air*, Anglo-Saxonico *ar*, Belgico *eer*, quae extra compofitionem *prius* et *ante* fignificunt, recte comparasfe. Comparativum hoc *er* in adverbiis *verder*, *eerder* etc. manifestum est, minus in praepofitionibus *achter*, *over*, quarum tamen fententiam, fi realium partium vis attendatur, fatis cum comparativis convenire affirmat CATENIUS. (28)

II. *Ster*. Quando radici verbi adiicitur *er*, actorem fignificari fupra vidimus; fi autem *fter* adiicitur, eadem erit vis fed feminia: dicimus *werker*, *gever*, *vrijer* etc. de mare, *werkfter*, *geeffter*, *vrijster* etc. de femina: uti autem in voce *er* inftrumentum pro actore interdum fumi deprehendimus, ita ad hunc locum pertinet vox *venster* id est id per quod cernimus, (29) quae ob terminationem feminina est, ut *kijker* masculina. Quare autem haec terminatio vocabula feminino generi adiudicet, iam apparebit, fi eius originem investigaverimus. De hac tres, quod fciam, funt opiniones: prima ut transpofitione literarum in pronunciando eodem modo ex *makertfe* ortum fit *maakfter*, atque ex *gars*, *gras*, ex *brost*, *borst*; (30) quod non verifimile videtur: altera est, ut *fter* tamquam per fe fubfiftens terminatio, verbi radi-

(26) II, p. 67. (27) In fpecim. glosf. Germ. prol. v. *er*. (28) Loco laud. Liceat autem Grammaticis uti vocabulis et in exprimendi inopia *fit venia verbis*. (29) Conf. BILD. p. 336. fq. ubi hanc vocem nostro fermoni vindicat. (30) Hanc memorat BILD. p. 289.

cibus adiungi solita, consideretur, ut vult CATENIUS: (31) quum autem, si hoc admittatur, nil de terminationis origine constet, (quemadmodum etiam CATENIUS ne verbum quidem de ea dicit, praeter eius cum Anglo-Saxonica lingua convenientiam) temere profecto admitteretur: quare potius BILDERDYKIUM (32) sequor, qui iis substantivis, quae ab imperfectis praeteritis verborum deducit, *er* adiicit (quod per se nullius esse generis supra (33) vidimus) et hoc modo ex *winst winster* format ex *vangst vangster* etc. in quibus cum per se feminina sint, τοῦ *er* adiectio nullam generis mutationem efficit: ut tum ad formas consonas (*gelijkvloeijend*) verborum dissonorum (*ongelijkvloeijend*) recurrendum sit, vg. ad vocem *vangst* formandam ex imperfecto *vangde*, *komst* ex *komde* etc. Sed hinc aliqua difficultas sequitur, ut vg. in voce *praatster* ad originem suam reducenda fingere debeamus substantivum *praatst*; in *vechtster*, *vechtst*, in aliis alia, quae exemplis carent, admodum dura sunt et nostrae linguae suavitati repugnant. At facilis eius solutio; scilicet non ea, ut dicamus linguae et vocabulorum formatores (τοὺς ὀνοματοθέτας) finxisse illas voces (quod non praesumendum puto in vocibus usu natis et adhucdum nascentibus, quales sunt huiusmodi verbalia), verum ut admittentes ex *winst winster* etc. factum esse, in aliis tamen huius terminationis vocabulis ex analogia faciendis, ultimam syllabam illorum substantivorum *winster etc.* tamquam simplicem terminationem consideratam, atque, ex hoc perverso intellectu, verborum radicibus adiunctam fuisse dicamus.

III. *Se*, *Sche*; *Es*, *Esse*. Terminatio *se*, feminini generis per se est indicium, (34) quoniam adiectivalis est. (35) Sed defectus, qui olim erat, literae *z* effecit, ut *sche* pro *se* scriberetur, ne litera *s* molliter pronunciaretur: (36) unde quam plurima adiectiva in *sche* terminantur, *dagelijksch*, *hedendaagsch*, *oostersch* etc. Ita quidem BILDERDYKIUS. Sed Cl. LULOFS (37) graves affert dubitandi rationes: in quo quum admodum

(31) II. p. 68. (32) P. 290. (33) P. 11. (34) Conf. CATEN. pag. 72. et BILDERD. p. 86. Per se, inquam; nam applicatione mutatur genus, quo modo vox *mensch* similesque masculinae factae sunt. BILDERD. pag. 93. (35) BILDERD. p. 92. Quare autem nomina adiectiva feminini generis sint, ostendit BILDERD. p. 54. quod hoc loco referre longius esset: exemplum praebet BILDERD. p. 280. *leers* sive *laars*. (36) BILD. p. 93. (37) In dictatis.

brevis fit, eius fententiam, quantum posfum, explicabo et adftruam. Ubi igitur nos v. g. *hemelsch*, Germani *himlisch* dicunt: unde per aphaerefin τοῦ *i* terminatio nostra *fch* potest explicari, quemadmodum ex antiquo *menniesch mensch* factum est. Sed hocce *isch* Gothico *isk*, Anglo-Saxonico *isc* refpondet, quum Franci et Alemanni utroque utantur (38): ita *mensch* F. T. *mannisko* dicitur et etiamnum Suecis *menniskia*, Danis *menniske*: eodem modo *visch*, *meesterfche* in dialecto Groningana *viske*, *meesterske* pronunciatur, atque quas aliunde accepimus voces per *fch* fcribimus, ubi in lingua unde fumtae funt *fc* occurrebat (39), v. g. *fchabel*, *fchepter*: ex quibus non parva veritatis fpecie colligas nostri *fch* originem esfe ab illo *isk* vel *isc*, postea autem nostram linguam in pronunciando τοῦ *k* et aspirationis accedentis duritiem evitasfe. Quam fententiam fi admittis, *fch* omnino differt a *fe* et explicandum est per *ig*, quod cum *isch* fignificatione convenit et cognatione coniunctum est. Quod ad *es* et *esfe* attinet, has non esfe germanas Belgicas terminationes, et accentus probare videtur, qui in ipfas ita cadit ut etiam maior eius quam praecipuae vocabuli partis fit emphafis, v. g. in *Godes*; (40) tum etiam aperta rei ratio: nam potuit quidem, inverfis literis *es* pro *fe* dici; (41) potuit fubftantivo cum *e* adiecta (vg. *prinfe*) *fe* femininum adiici, deinde, per apocopen, litera *e* abiici: (42) fed quamvis hoc modo origine Germana fit terminatio; ut iam ea utimur, Francicus plane est habitus, qui *prophetesfe*, *pécheresfe* dicunt, ubi nos eorum imitatione *profetes*, *profetesfe*, *zondares*, *zondaresfe*. (43) Confirmatur haec doctrina (ut fcilicet nostra haec terminatio Francico habitu asfumto ad nos redierit) exemplo τοῦ *ier*, quod fimili modo ex Belgica Francici *ier*, vg. in *Jardinier*, pronunciatione fuit ortum; hoc enim cum nostro *er* cognatum esfe Cl. LULOFS (44) in primis ex eo probat, quod in Germanico fermone post vere Germana vocabula, plerum-

(38) v. WACHT. prol. Sect. VI. v. *isch*. (39) Cf. WEIL. v. *fch*. (40) Scilicet nostrae linguae proprium est, ut pars vocis praecipua etiam praecipuam habeat emphafin. Ubi autem hoc non obtinet, vel non germana est terminatio vel per aliam linguam corrupta; de quo postea nonnulla dicemus: tamen hoc loco de *es* et *esfe* diximus ob magnam earum, nifi cum *fch*, faltem cum *fe* affinitatem. (41) BILDERD. p. 85. (42) BILD. p. 287. (43) Cf. CATEN. p. 92. et in primis V. Cl. LUL. p. 132. Schets etc. et nota ad eum locum. (44) Pag. 133. et n. ad eum l.

que *er* usurpatur, ubi nos *ier* dicimus, *Gärtner*, *tuinier*. Quidquid fit, civitatem adeptae sunt hae terminationes; unde Belgicus sermo non tantum *meesterse* et *meestersche*, sed etiam *meesteres* et *meesteresse* admittit.

IV. *El* (45). Vidimus terminationem *er* activam substantiam exprimere atque interdum etiam agendi instrumentum: eodem modo *el* instrumentum significat, *schepel*, *gordel*, *sleutel*, interdum vero subiectum actionis, *gruwel*, *bundel*, *beugel*. Nam uti facile instrumentum, quo aliquid fit, ipsum agere nobis fingere possumus; ita facile etiam, quando actorem nobis repraesentamus, huius respectu instrumentum passivum nobis videri potest atque subiectum actionis. (46) Instrumentum enim medium est inter actorem et actionis subiectum: quam ob rem vox *middel*, quae adiectivo sensu medium significat, substantive sumta instrumentum est. Propter hunc autem idearum nexum, sicut in origine τοῦ *er* explicanda, ita hoc loco BILDERDYKIUM sequor eius originem ex linguae motu debiliore repetentem, quum linguae, ob insignem eius agendi facultatem, proprium sit agentem substantiam repraesentare. (47) Sed quemadmodum antiquitus adiectiva substantive, etiam substantiva adiective saepissime adhibebantur. Hinc adiectiva in *el*, de quibus deinde paucis dicendum erit. (48)

V. *Kyn*, *Ken*, *Je*. In recensione praecipuarum vernaculi sermonis terminationum, diminutivas omittere, ingens esset nefas; quarum ut frequentissimus ita et elegantissimus est usus: (49) frequentissimus, ut etiam infantes in primis iam sermonis initiis suum *Je* adiicere soleant; elegantissimus, nam testis est aureorum nostrorum tota poëtarum cohors. (50) — Antiquissimo, ex quo nobis scripta supersunt tempore, *kyn* vel *kin* diminutivorum erat terminatio, ita apud MAERLANDIUM, STOKIUM, passim adhuc apud HOOFTIUM et VONDELIUM, *manekyn*, *scotelkyn*, *vischscepekyn*, *hondekyn* invenimus. Insequenti tempore *kyn* obsolevit, eius locum occupante τῷ *ken*; quod ut probetur non est necesse, tum quia certo certius est, antiquius esse τὸ *kyn*, neque hoc in sola nostra

---

(45) Cuius in aliis linguis formam ostendunt CAT. p. 70. et BILD. p. 187. (46) V. BILD. p. 44. (47) BILD. p. 43. v. tamen idem p. 186. (48) V. diss. ad vocem *lijk* et BILD. p. 184. (49) Cf. G. O. REITZ, Belga Graec. p. 88. (50) Quum autem ab excursibus temperandum sit, cf. in primis quae in medium protulit V. Cl. LUL. in de Rec. o. d. Rec. D. IX. n. 11. bl. 488. et n. 12. bl. 525. sqq. anni 1816.

lingua, (51) tum quod in viventibus, quae dicuntur linguis, frequentissimae sunt huiusmodi mutationes, ut sponte cadat illorum, veluti REITZII, doctrina, qui *ken* ex Graeco κη ducunt, (52) (v. g. φιαλίσκη, *fleske*, μειρακίσκη, *meiske*,) quocum tamen convenit, (53) praeterquam quod haec terminatio feminina tantum est a masculina σκος, quae magis etiam a *ken* differt. Neque dubium esse debet, quin ipsum illud *ken*, quod etiam *gen* pronunciabant et scribebant, (54) ortum τῷ *jen* vel *je* dederit: nam *j* et *g* saepissime se invicem excipiunt; olim *jonst*, *jegenswoordig* dicebatur, verum *gonst* quoque et *gegenswoordig*. (55) Quam frequentissimam literarum *g* et *j* commutationem non necesse quidem fuit ut a Francis disceremus, horum tamen vicinitas, *g* ante *e* fere ut *j* pronunciantium, valde huic τοῦ *ge* in *je* commutationi favisse videtur; haec autem permutatio verisimiliter tum accidit, quum nostra literae *g* pronunciatio vehementer francissata erat. (56) Quod autem modo *je* invenimus, modo *tje*, modo *pje*, neque sine ratione et norma fit, (57) neque obstat quin una eademque sit terminatio, quum euphoniae tantum gratia interdum litera adiiciatur; quod HOOFTII auctoritate confirmo, qui, ubi dulcius scribendi genus adhibet, et euphonia permittit, saepius *t* omittit ubi nos *tje* dicimus, *gesichje*, non item *kleinje*: igitur si τοῦ *kyn* originem investigaverimus, de reliquis non peculiariter erit agendum. Duae iam nobis proponendae sunt sententiae, quarum nescio utra sit praeferenda. Nam si *kyn*, ut *baar*, *schap* aliae, initio vocabulum fuerit per se subsistens, adest CATENIUS (58) aptissime Anglo-Saxonicum *cyn*, *cin* (nos diceremus *kyn*, *kin*) id est *genus*, *propago*, expromens, ut *boeksken* sit id quod non quidem liber est, quamvis aliquid ex illo genere; qua cum doctrina tamen consistere possunt, quae ingeniose BILDERDYKIUS (59) profert, ut, quare diminutiva neutrius sint generis, rationem det. Sin autem pura terminatio habenda est, hic sequentem senten-

---

(51) Cf. LULOFS, l. l. pag. 488. sqq. (52) Cf. LULOFS l. l. p. 492. (53) Cf. HUYD. Pr. I. p. 37. (54) Cf. VERWER, Idea Ling. Belg. pag. 42. (55) Cf. LULOFS, l. l. n. 12. pag. 523. SIEGENB. Verh. o. d. Spell. pag. 180. (56) Cf. LULOFS Schets, pag. 134. et n. 108. (57) Cf. WEILAND, Gramm. pag. 51. REITZ l. l. pag. 89. sq. WEILAND, Lex. voce *je*, ubi quid ex hisce cuique vocabulo addendum sit, prouti se habeat ultima litera, multis exemplis demonstrat. De inserenda litera *s* v. BILDERD. p. 290. (58) Pag. 74. (59) Pag. 65. sq.

tiam exponit: (60) diminutiva in *ke* vel *ge*, ut dicunt Flandriae incolae, proprie sunt adiectiva in *ige* terminantia; ex his verba oriuntur in *ken* vel *gen*; horum participia in *king* vel *ging* definunt, unde mox citiore pronunciatione diminutiva in *kyn* et *gyn* nascuntur. Ipsius exemplum apponamus: *mannige* passim *mannege* vel *manneke* pronunciatur, hinc verbum *mannegen*, vel *manneken*, cuius participium *manneging*, vel *manneking* contracte *mannekyn*. (61) Una est difficultas: nam BILDERDYKIUS *manneke* supponit, ut *mannekyn* formaret, sed cum V. Cl. LULOFS supra *ken* a *kyn* formatum esse satis probabiliter, ni fallor, adstruxi: nihilominus integra possit sententiae BILDERDYKIANAE sua fides constare, modo primum in participio literam *g* in *k* transiisse dicamus, hinc deinde *kyn* et ex hoc iterum *ke* derivemus (*mannige*, -*ege*, -*egen*, -*eging*, -*eking*, -*ekyn*, -*eke*). Quaecunque autem sententia vera sit, hoc saltem verum est, id, cuius ne investigationem quidem fieri posse affirmaverat ADELUNGIUS, (62) a nostratibus fere ad certitudinem esse perductum. — De diminutivorum vi brevior esse potero: ex ipso enim vocabulo primaria significatio intelligitur, ut, adiecta diminutiva terminatione, vocis alicuius vis minuatur. Ex hac autem significatione ipsa rerum natura alias quasdam profert, quae, in primis pro diversa pronunciatione, ad 4. potissimum genera mihi reduci posse videntur, id est, ut vel contemtus, vel miseratio, vel benevolentia; vel adulatio (63) significetur. Etenim uti ipse mundi adspectus nos magnitudinis excelsa quadam opinione imbuit, ita diminuendo aliquem contemnere possumus vel misereri; prouti vero quodcunque concinnum est adamare solemus ipsique libenter tales habeamur, hinc benevolentiae significatio et precationis vis repetenda, ut recte WACHTERUS hoc sensu dixerit, huiusmodi vocabula (64) „cum parvitate simul notionem teneritudinis, et delicati tribuere.“ Alia vis haec est, (65) sed ex eodem fonte profluens, quod virorum nomina addito diminutivo feminina reddimus; *Pieter*, *Pietertjen*, *Jan*, *Jannetjen*. (66)

---

(60) BILD. p. 95. 292. sq. (61) Usu scil. dimimendi significatione accedente. (62) Cf. eius Dict. voce *schen*. (63) Qua ratione Graece non diminutiva, sed blandientia (ὑποκοριστικὰ) vocantur. (64) Cf. glossar. Specimen Proleg. voce *lein*. (65) De qua BILD. p. 69. (66) De eo, quod omnia diminutiva neutra sunt, non quaerimus, quia haec qualitas potius, quam quidem vis est: sed v. BILD. pag. 65. et n. ad eum l.

VI. *Lyn.* Iam ex praecipuis diminutivis ſupereſt *lyn* ſive *lin:* (67) de cuius origine eodem modo duplex eſt ſententia: altera, ut comparetur cum A. S. *laene*, *hlaene*, Angl. *lean*, Sued. *len* et Saxoniae inferioris *leen*, quae omnia parvum quid ſignificant. (68) Huic ADELUNGII ſententiae iterum ſe oppoſuit BILDERDYKIUS (69) et, uti *kyn* formam participialem dicit verborum in *ken*, ita *lyn* verbis in *len* definentibus tribuit, a participio in *ling*; de qua terminatione poſtea videbimus: ut hoc loco ſolummodo adiiciendum ſit, ſententiae BILDERDYKIANAE inſigne fulcrum accedere ex Danica et Suedica lingua, quarum utraque (70) terminationem *ling* diminutivam habet; Suedice *killing*, (geitje) a *kid* (geit,) Danice *gjoesling* (gansje:) etiam Anglo-Saxonibus *cnapa* iuvenem, *cnaepling* puerum ſignificabat, (71) *lytling* ſ. *litling* a *little* ſive *lyttle* puerulum. Ecce duas iterum ſententias, utramque ex ſanis principiis progredientem, ſed ex diverſis, ut differat eventus; quaenam autem principia praeferenda ſint, ſi LULOFSIO (72) Viro clariſſimo, ſaltem tironi licet in doctiorum arbitrium conferre. — Quod ad vim particulae *lyn* attinet, non repetam, quae modo univerſe de diminutivis propoſui. Hodie fere non amplius uſitata eſt, exceptis in duabus vocibus *maagdelyn* et *oogelyn*, quarum tamen poſterior non amplius diminuendi ſignificatione adhibetur. (73) Optandum autem foret, ut renaſceretur noſtrum *lyn*: nam vere CATENIUS (74) illud „een vrindelijk diminutivum" dicit: in primis quum *je*, quod nunc dominatur, omnino et gratia et gravitate per hoc *lyn* ſuperetur.

VII. *Ig.* CATENIUS (75) huius terminationis radicem in Meſo-Gothico *Aigan*, Franco-Th. *Eigan*, Cimbrico et Islandico *Eiga*, Anglo-S. *Aegan*, *Agan* habere, (Graece ἔχειν) quaerendam eſſe ſuſpicatur: eumque ſequuntur ADELUNGIUS et WEILANDUS. Neque magnopere renititur BILDERDYKIUS, qui primum univerſe explicat, (76) quomodo addendis litteris etiam vocabuli alicuius ſignificatio poſſit extendi, et hoc modo eas terminationes explicat, quae non ſunt com-

(67) Nam *el* ſive *eel* et *et*, de quibus poſtea quaedam dicemus, ſunt minus praecipua. (68) Ut etiam hinc noſtrum *klein* originem ducat. WEILAND in v. *klein*; cui voci quomodo K. adiici potuerit, vid. V. Cl. LUL. n. II. pag. 495 et ſcript. ibi laud. etiam YPEIJ, Geſch. der Ned. Tale p. 227. (69) P. 271. ſq. (70) BILDERD. p. 270. LULOFS n. II. p. 489. (71) LULOFS l. l. (72) l. l. pag. 495. (73) Cf. LULOFS l. l. p. 494. et Taalk. Bijdr. II, p. 43. (74) II, p. 731 (75) P. 75. (76) P. 38, 39.

positiones; tum vero de terminatione *ig* peculiariter addit, non necesse esse, ut ad eam explicandam vox *eigen* invocetur, sed significationis similitudinem fortuitam esse posse, nihilominus vero existere Etymologicam convenientiam; vocem *eigen* enim semper significationi terminationis *ig* inesse, atque hoc modo ipsum illud *ig* formando tum adiectivo *eigen* (proprius) tum verbo (habere) inservire potuisse. Igitur cum ex utriusque summi viri sententia de convenientia constet, hoc mihi sufficit, neque diutius spinis Etymologicis inhaerebo. — *Ig* est terminatio adiectivalis, (77) aliquid universe praeditum affectumque ea re, cui annectitur, denotans, (78) vel, uti CATENIUS dicit, proprie possessionem proprietatis alicuius rei significans, (79) id est illius rei, quae exprimitur vocabulo, cui *ig* adiicitur. V. g. *een ellendig mensch*, (homo miser) dicitur ille, qui *ellende* sibi propriam habet, id est illam rem, quae exprimitur vocabulo, cui *ig* adiicitur; (80) quod vocabulum si pluralem numerum admittit, adiectivum, adiecto *ig* formatum, etiam multitudinem potest significare; ita *aderig marmer* dicitur, quod multas venas habet. Hoc tamen non semper obtinet, ita ut iam ille *een gebrekkig mensch* dicatur, qui tantum claudicat. (81) Hinc fluit alia significatio, ut adiectivum in *ig* illam qualitatem indicet, quam, tamquam attributum essentiale, possidet vocabulum, quod, *ig* adiecto, adiectivatum est, v. g. *moerassig land.* Inter hanc significationem arctissima cognatio est et illam, qua maiores nostri adiectivum in *ig* pro participio in *de* adhibebant, *wetentich* erat *wetende*, *bevechtig*, *bevechtende*, *verhalich*, *verhalende* (82) etc. Hoc satis apparebit, si participia hoc modo describo, (83) quod proprie sunt adiectiva a verbis derivata et exprimentia qualitatem agendi, patiendi vel existendi (quae verbo inest), accommodatam rei substantivae. Sed bene tenendum, significationem earum terminationum, quarum usus

---

(77) Addere potueram et adverbialis, sed eadem manet vis, ubi adverbialiter adhiberi potest. (78) Vid. WACHTERUS in voce. (79) II, pag. 74. „Het hebben van de eigenschap der dingen." (80) Alia exempla sunt *haastig*, *hongerig*, *hoofdig*, *hartig*, quae non nisi metaphorice adhibentur, *tweevoetig*, *vorig.* Hoc enim loco WEILANDI ordinem sequi non possumus, recensionem instituentis, prout a substantivo, adiectivo etc. formata sunt. De voce *hoofdig*, aliisque similibus conf. HUYDEC. Proeve III, p. 314. 315. (81) Neque obstant *grazig*, *bloedig* etc. quae, quamvis pluralem numerum non habeant, tamen copiam significant; hoc enim non fit vi terminationis, sed ipsorum substantivorum. (82) WEILAND in v. et in primis HUYDEC. III, 310 et in. notae p. 112. (83) Secundum WEIL. Gramm. p. 143. cf. BILD. p. 41.

frequentissimus est, per hunc ipsum non raro extendi et mitigari; hoc iam in quibusdam vocabulis nobis persequendum superest. Quando adiectivo additur *ig*, proprie nulla fit significationis mutatio, ut patet ex exposita huius terminationis vi: igitur *goedig* esset, quod boni qualitatem possideret: sed, sive *ig* in eiusmodi vocabulis ab *achtig* derivandum sit, (84) sive ita existimantes nostri maiores hanc vim τῷ *ig* tribuerint, hoc certum est, adiecto *ig* mutari paululum et plerumque quidem mitigari praecipuae vocis notionem: itaque, quando ex *een* facimus *eenig*, remittimus ab unitate, ut paucitatem significemus, v. g. *eenige menschen;* si ex *zuur zurig*, ex *zoet zoetig* derivamus, acritudinem et dulcedinem minuimus: (85) idem obtinet, quando ex adverbio *niet*, *nietig* facimus. Neque iam mirum erit, etsi adiectiva in *ig* et participia in *de* olim promiscue usurparentur, usu invaluisse et summorum virorum auctoritate confirmatam fuisse (86) bellissimam hanc distinctionem, (87) ut participium ipsam actionem, adiectivum vero indolem, proclivitatem significaret. (88) Inde acute hodie distinguimus inter *woelig* et *woelende*, *slaperig* et *slapende*, *levendig* et *levende:* vide v. g., quam pulchre *levend* et *levendig* distinguat JONKTYS: (89)

Keer na mij u lodderlichten,
Levendige Roselijn,
Soo se mij niet langer lichten,
'k Kan niet langer *levend* zijn.

VIII. Iam ad secundam terminationum nostrarum classem procedere forte possem; sed ne pauciores ex prima classe enumerem, quia praestat in alteram partem peccare, curandum est. Igitur brevissime atque tantummodo, ut earum mentionem faciam, de nonnullis aliis dicere mihi proposui.

---

(84) Quod tamen neque necesse est, neque ob solam significationis similitudinem statuere ausim. VERWERUS autem pag. 45. universe de omnibus in *ig* derivatis eas hanc metaplasmum passas esse affirmat, quo nomine a MOONENO notatur. (85) Cf. WEIL. in v. (86) Cf. nota ad HUYD. III, p. 314. in f. (87) Nam, ut ait HUYD. pag. 314. etiam in eo puritas linguae et vis cernitur, ut variae terminationes variis significationibus distinctae sint. (88) WEIL. in v. (89) ROL. oochjes, XXXIV citatus ab HUYD. Proeve, III, p. 310.

1°. *Em* et *Sem*, v. g. *adem*, *bloesem*, in quibus eadem est terminatio, quum litera *s* ex feminino *se*, verbi radici addito, repetenda sit: (90) ex quali substantivo verbum in *sen* oritur, cuius verbale est *sem*, uti *em* verbale est verbi non derivati. Verbale, inquam: verisimiliter enim BILD. (91) *em* ortum existimat ex mutila τοῦ *ing* pronunciatione: nam ut ex radice verbi *hemmen* (stuiten, bepalen) (92) deducamus, minus fert significatio, quippe τῷ *ing*, de quo postea, similior. Observandum, adhuc *em* saepe in *m* abire, quod exemplis probant CATENIUS (93) et BILDERDYKIUS. (94)

2°. *Sel*, v. g. *schepsel*, *verguldsel*. BILDERDYKIUS (95) hanc esse originem putat: verbi radici additur *se* femininum, ita ut oriatur substantivum actionem verbi exprimens, *maakse*, id est *making*: huic additur terminatio *el* vel *l*, quae, ut vidimus, etiam actionis subiectum significat: igitur *maaksel* sua sponte ostendit, in actionis subiecto adesse qualitatem, quam verbi actio tribuit. Sed iam vidimus (96) de arctissimo inter actorem, instrumentum et actionis subiectum vinculo: unde non mirum *sel*, pro actionis subiecto, cui qualitas inest ex actione verbi, instrumentum etiam actionis significare, v. g. *dekfel*, *bindsel*.

3°. *Uwe* (quod saepe in *we*, *ve* vel *f* abit, uti *verwe*, *verve*, *verf* (97)) a CATENIO adiectivalis terminatio dicitur (98), item a BILDERDYKIO, qui eam ex producta vocis alicuius pronunciatione ortam putat (99), vel *ig*, *ige* simillimam dicit, atque Anglis in primis usitatam ostendit. (100) Hodie non occurrit, nisi sensu substantivali, *schaduw*, *geniuw* etc. Utrum vero voces *Betuwe* et *Veluwe* ex hac terminatione, an ex substantivo *auwe* vel *ouwe* explicandae sint, non decerno.

4°. *And.* Hanc terminationem participialem esse, pro qua nunc *end* dicimus, tum ex antiquis linguis (101), tum ex Anglica (102) et Francica constat. In paucis substantivis superest, *vijand* (103), *verstand* etc. Saepe enim sub-

---

(90) V. BILD. p. 96. quae sententia magis linguae analogiae convenire videtur, quam CATENII suspicio, literam *s* ex genitivo esse eique additum *em*. Cf CAT. II. p. 72. (91) P. 97. (92) De quo dicit p. 96. (93) P. 70. sq. (94) P. 97. sqq. (95) P. 99. sq. Quae a CATENIO p. 71. affertur origo iterum et ob eandem causam mihi vera non videtur. (96) Ad terminationes *er* et *el* (97) V. CAT. p. 72 et BILD. p. 111. (98) P. 73. (99) P. 39. (100) P. 110, 111, 312. (101) V. CAT. p. 77. (102) V. BILD. p. 177, sq. (103) V. id p. 55.

ſtantive accepta fuiſſe participia, ex tractatione τοῦ *ing* et *ling* apparebit.

5°. *Enen*, *eren*, *elen* ſunt formae verborum frequentativae repetitionis, in quibus verbum modulatione, quamdam ſoni intermisſionem et redintegrationem efficiente, producitur. (104) *Enen* est repetitio terminationis verborum *en*, niſi alterum *en* ex verbali in *ing* ſit repetendum, quod, addito *en*, iterum verbum fit (105): *eren* et *elen* oriuntur ex vocibus in *er* et *el*, ſive in uſu ſint, ſive ex analogia ſupponantur: exempla ſunt *zaamenen*, unde *zaamening* apud HOOFTIUM, *verzamelen*, *ſmeekelen*, *ſnipperen*. (106) Quodſi tamen voces in *el* et *er* non ſint verbalia, ita ut actio iis ineſſe non posſit, verba inde facta vim frequentativam non habent, quia tum unam tantum actionem indicant. (107)

§ 12.

Sequuntur praecipuae et distinctae illarum terminationum, quae aliquam in pronunciando habent Emphaſin, in quibusque ſonus non omnino ſopitur. CATENIUS *Onzachtstaartigen* of *Zachtklemmende Afley-terminatien* vocavit.

I. *Aart* vel *Aard* igitur primo loco venit. Unanimo conſenſu, ſummi huius linguae cultores CATENIUS, HUYDECOPERUS, alii, (108) huius originem et vim in nostro *aard*, quod olim etiam *aart* ſcribebatur, id est *genus*, *natura*, *indoles*, inveniri affirmant, ut regio natalis, conſuetudo, aut praecipua alicuius qualitas indicetur: ſolus BILDERDYKIUS (109) aliam et, ut ſolet, ingenioſam ex ipſis ſcientiae penetralibus profert ſententiam: ſcilicet, ſi in terminatione *er* vel *aar* corroboratur et continuatur linguae vibratio, ut dentes attingat, (waardoor zij aan de tanden ſtoot) oritur in fine *rt*; ubi autem haec terminatio adest, nusquam ſimplex actio temporaria ſignificatur, ſed continua; ita *een veinzaart* non est, qui ſimulat, ſed qui ſemper ſimulat. Utraque ſententia commode coniungi poſſe videtur, ſi inter originem distinguas, quam BILDERDYKIUS, et hodiernum uſum, quem reliqui indicant, adeoque hoc

---

(104) V. BILD. p. 326. (105) V. BILD. p. 268. (106) Plura habet BILD. p. 82 et 331. (107) V. BILD. p. 331. Caeterum de his verbis quaedam addenda erunt ad vocem *ling*. (108) CATEN. II, p. 80. HUYD. Proeve III, p. 366. WEIL. in voce. (109) P. 45. et 183. ſq.

modo ſtatuas: continuatam linguae vibrationem in *rt* originem nostrae terminationi dediſſe (pro qua ſententia inſigniter pugnat genus τοῦ *aart*, quippe quod ſemper de maribus uſurpatur, (110) et eius pronunciatio ſaepe ad *ert* accedens); ſimilitudinem autem effeciſſe, ut cum voce *aard* confunderetur, et, tamquam per ſe ſubſiſtens vocabulum, cum aliis componeretur.

II. *Dom.* Huius ſuffixi genera et claſſes facilius quam originem investigari poſſe WACHTERUS pronunciat; mihi tamen, nostratibus ducibus, non tam obscura videtur origo, nam agnoscere eam licet in radice verbi nostri *domen*, *doemen*, (111) id est *definire*, *iudicare*, hodie *damnare*. BILDERDYKIUS (112) *dom dome* per apocopen ex *doming* ortum existimat. Iam ex hac origine diverſae huius terminationis ſignificationes illustrandae ſunt. Propria ſignificatione occurrit in *Aasdom*, id est *Regterlijk gewijsde;* (113) quo referre poſſis *Vrijdom*, *Heiligdom*, quod immune, ſanctum iudicatum est. Senſu autem activo i. e. ut iurisdictio, iudicandi facultas ſignificetur, invenitur in *Vorstendom*, *Ouderdom*, (114) etiam in voce *Eigendom*, quaſi proprii arbitrii res, unde omnem mox potestatem cum ſocio, cui annectitur, communicat, quin et dominium regionis, in quam iurisdictio competit. (115) Accedit forte coniectura, *dom* ex Latinorum *dominio* oriri, qua vi idem illud *Vorstendom*, *Biedom*, alia etiam dicuntur, id est comprehenſio eorum omnium, quae ad Episcopum, Principem pertinent, quemadmodum apud Latinos et potestas regia et ipſa regio *regnum* dicitur. Hinc confirmata cingendi, continendique vi (nam ipſum thema *do* (116) hanc ſignificationem habet, uti in *doos*, Latino *domus* etc. quemadmodum ipſum verbum *doemen* definire, adſtringere denotat,) coepit *Christendom*, *Priesterdom*, *Menschdom* dici, non tantum de perſonarum collectione, ſed et de omnibus, quae ad eas perſonas pertinent. Ita dicimus *het Christen-*

---

(110) Quum etiam terminationem *er*, ſi ſubſtantivum faciat, ſemper masculino genere adhiberi videbimus. (111) Cf. CATENIUS l. 2. p. 81. pro *dom* etiam *doemen* exhibetur in MEYER Woordenſchat III D. cit. a VERWERO Idea ling. Belg. p. 43. (112) P. 103. ſecundum ea, quae p. 79. univerſe de hac apocope dixerat. (113) Cf. huius vocis explicatio in tractatu: Spraakk. Opmerking in den Rec. 1816. n. 6. p. 242. (114) WACHTER, ſpecimen in voce „Aetas maiorum et quaevis ſpectata antiquitas *Alterthum*, quia Dictaturam exercet in posteros." (115) Cf. WACHTER in v. et VERWER l. l. p. 45. (116) Iudice BILDERDYK p. 227 en 301.

dom (117) de lege et religione Christiana, *het Priesterdom* (118) de munere Pontificis.

III. *Heid.* Duplex iterum de hac vocula est ſententia: alteram, ut origo in verbo *haben*, *hebben* quaeratur, tuetur BILDERDYKIUS (119) et quidem hac ratione: *heid* contractum ex *hede*, quod verbi *hebben* praeteritum est; nam quod regulare erat *ik hebde* vel *habde* (quum et *haben* et *hebben* diceretur cum parva ſoni differentia) emolliebatur in *ik hedde* et *hadde*, ut *goedheid* ſit quaſi *goedhebbing*. Haec (120) Islandica et Franco-Theotisca lingua confirmat: ſed conſequentia, ut hinc *hede*, *heid* ortum ſit, magis videtur hypothetica, quam altera ſententia, quae non minus in antiquitate fundamentum habet, quamque idcirco hoc loco ſequi conſtitui. Etenim Anglo-Saxonica vox est *had*, *hade* (121) id est *ſexus*, *perſona*, *qualitas* etc. et Franco-Theotisca *heit*, *heiti*, *perſona*, (122) quam ad nostrum *heid* explicandum ſufficere videmus apud CATENIUM, WEILANDUM, praecipue autem apud WACHTERUM, qui, ubi cuidam τοῦ *heid* ſignificationi exemplum deficit, defectum illum ſupplet proferendis compoſitis, in quibus vel ab initio vel in fine vox nostra occurrit, ut hac ratione eam non ſimplicem terminationem eſſe probet. Hinc igitur nostrum *heid* deduco, vel *hede*, ut olim dicebatur; quod ne magis BILDERDYKII doctrinae favere videatur, facit tum haec obſervatio, molliorem eſſe nostram dialectum, tum etiam, quod in remota antiquitate pluralis numeri in *heiden* exempla non deſunt. (123) — Iam videndum, utrum huic origini terminationis vis conſentiat. Quando adiectivum vel participium (124) alicui voci adiungimus, ostendimus, quale ſit illud, cui adiunctum est: ſin autem illam qualitatem in abstracto conſiderare volumus, ut omnis abſit obiecti, de quo dicatur, cogitatio, (quare hoc caſu *het goede*, *ſchoone* dicere non poſſumus, quoniam hoc idem est, ac ſi dicas id, quod est bonum, pulchrum) addenda est *heid* terminatio, (125) quae, cum propie perſonam ſignificet, per ſe vim habet

---

(117) BILD. p. 104. (118) WEIL. in V. (119) Pag. 85. 37. ex *hede* ſuperest plural. num. *heden*. (120) P. 273. (121) Cf. CATEN. II° p. 81. (122) Quemadmodum ex obſervatione BILDERDYKII regulariter ubi A. S. litera *a* est, haec F. T. in *ei* mutatur. (123) Vid. WEILAND v. *heid*. HUYD Pr. I, pag. 90. (124) Scilicet praeteritum, quod ſolum huc facit. (125) Ita CATENIUS l. I. p. 195. „heid dient om 't hoedanige tot een hoedanigheid te doen overgaan" conf. II, l. l.

ſubſtantivandi, et quidem ita; ut, quum hoc caſu vocabulo, quod quale quid ſit ſignificat, addatur, hoc vocabulum in quaſi quamdam ſive figuratam perſonam mutetur, quae qualitatem per ſe ſine relatione ad alia exprimit. Hac ratione facile intelligi poterit ſignificatio ingentis illius ſubſtantivorum numeri, quae, qualitatem ſignificantia, in *heid* deſinunt; *goedheid*, *mogelijkheid*, *genegenheid*. (125*) Quod ſi autem, uti interdum fit, adverbiis aut praepoſitionibus additur, ſimiliter ſubſtantivum oritur, illius, quod adverbio aut praepoſitione ſignificabatur, abstractam ideam offerens, *nabijheid*, *tegenheden*. Sed ſubſtantivis quoque interdum adiicitur: verum ne hoc quidem caſu adiectae terminationis vis mutatur: quod uno exemplo tenuiter adumbrato ſatis probabitur. Quando *God* dicimus, Deum ſignificamus non tantum, quoad eius exiſtentiam et qualitatem, ſed etiam quoad eius cum hominibus et omni re creata relationes. Quod ſi vero Deum per ſe ſive Numen, abstractis relationibus, conſiderare volumus, tum *Godheid* dicimus. Neque tamen id volo, ut ſemper ita diſtinguatur: de propria ſignificatione dixi: nil enim obſtat, quominus abstractas ideas, per hanc vel illam figuram Rhetoricam, pro perſonis aut factis ipſis ſumamus: ita *Godheid* pro *God* dicimus, *dwaasheid* pro *dwaze daad*, (126) *overheid*, quod proprie *ſuperiorem eſſe* ſignificat, pro magiſtratu.

IV. *Ing*, apud Anglo-Saxones et Franco-Theotiscos promiscue *ing* et *ung* ſcriptum, plerumque, aut, ſi BILDERDYKIUM ſequaris, non niſi verborum radici iungitur, et actionem ipſam ſubſtantive ſumtam ſignificat: ut nil interſit inter huiusmodi ſubſtantivum et verbi infinitivum ope articuli ſubſtantivatum, adeoque proprie idem ſignificent *achting* et *het achten*, *poging* et *het pogen*, (127) id est actio aeſtimandi, conandi. Proprie, inquam: nam per diuturnum uſum vocabulis etiam aliae ſignificationes accedere ſolent: ita *belooning* tum *het beloonen* ſignificat, tum *waarmede men wordt beloond*, et in ipſa illa voce *achting* non tantum activus, ſed et paſſivus interdum ſenſus est, v. g. *zijne achting* (*zijn geacht worden*) *is verminderd.* De terminationis origine CATENIUS, nonnulla proferens, ipſe ſibi non placet: BILDERDYKII autem

(125*) In mentem veniunt *onverzoenbaarheid*, *onvergelijkelijkheid*, alia: quare non poſſum, quin verbo in his et infinitis aliis, *verontſchuldigbaar*, *vergezelſchapping*, *langzamelijk* etc., inſignem noſtrae linguae in vocibus producendis facilitatem mirer, qua earum ſignificationi modo addere, modo detrahere, et omnino diverſiſſimos colores iis tribuere poſſumus. (126) WEIL. v. *heid*. (127) BILD. pag. 238.

unice vera est ſententia, *ing* esſe formam participialem. (128) Hanc originem ſuſpicatus quidem est CATENIUS; ne autem eam acciperet, cauſa fuisſe videtur, tum quod ſola Anglica lingua hanc participii formam adhibet, tum forte (etiamſi in re enodanda frustra deſudet) quod potius compoſitionem quamdam hic agnoſcere voluit Vir eruditus. (129) Sed videamus de BILDERDYKII ſententia: quam ut probem, primo *ing* etiam in nostra lingua participium posſe indicare, deinde participium vim verbalis ſubſtantivi acquirere posſe, quoad eius fieri potest, probandum est.

1° igitur conſonantes in verbis medii, id est, quae radicem cum terminatione coniungunt, admodum mutabiles ſunt: (130) in primis autem litera *d*, quae facile perit, aut in *j*, quae mox a *g* excipitur, mutatur. Exemplorum copiam profert BILDERDYKIUS: (131) ex quibus ad hunc locum potisſimum pertinet, quod *nd* et *ng* facillime commutantur: ita Franci, in verbis, quae a Latinis ſumunt, *ng* in *nd* mutant, ut *peindre* a *pingendo*, *feindre* a *fingendo*; et nos dicimus *gezwind*, pro quo olim *gezwing*. (132) Hinc, quum verbalia in *ing* olim *inge* et *enge* ſcriberentur, intelligi potest, *makende* et *makenge* pronunciationis tantum fuisſe differentiam. (133) Hanc coniecturam vetus Anglorum lingua confirmat, in qua utrumque *and* et *ing* participia formabat; ita *glitterand* fulgens, v. g. aurum, (134) apud CHAUCERUM et SPENCERUM invenimus et ſimilia: ut recte ex his omnibus colligas, etiam nobis antiquitus et *nd*, et *ng* fuisſe formas participiales; illam adhuc vigere, hanc vero uſu in ſubſtantiva verbalia fuisſe converſam.

2° Posſe autem participia vim ſubſtantivam accipere, luculenter vetus nostra lingua Germanica probat, ubi eo ſenſu participium, quo iam utimur, reperitur; (134*) ut *verradent* ſignificet quod nunc dicimus *verrading*, i. e. *verraderij*.

Igitur τοῦ *ing*, in *lezing*, *bouwing* etc., origo est participialis, vis vero ſubſtantivalis. Quod ſi autem quis etiam in iis, quae minus aperte ex verbis oriuntur, hanc doctrinam probatam velit, vox (135) *penning* proprie ſignificat quod caput habet: nimirum *pen* caput ſignificat, et nummi Romanorum capite huius illius-

(128) BILD. p. 245. (129) II, pag. 82. Saltem ubi de nostro *ing* agit, Anglorum participium in *ing* affert. „In het Engelsch gaat het Particip. praeſ. adiectiv. op *ing* in ſteê van *Ende*, dat *bij ons en anderen van Duitſche en Kimbriſche afkomst* zig vertoont; als Eng. *Loving*, bij ons *Lievende*, in 't H-D. *Liebende*." (130) Conf. BILD. pag. 241. (131) Pag. 238, 239 et 241. ſqq. (132) BILD. p. 178. et p. 238. (133) BILD. p. 78. (134) BILD. pag. 245. 178, 237. (134*) Cf. id. p. 237, 8. (135) WEIL. v. penning. WACHTER Gloſſ. v. pfennig.

ve Imperatoris insigniri solebant. Germani eodem sensu non participium, sed adiectivum in *ig* adhibuerunt, *pfennig*, uti in aliis multis, v. g. Belg. *koning* Germ. *könig*. Universe enim valde cognata est τοῦ *ing* et *ig* significatio: cuius hoc BILDERDYKIUS (136) profert exemplum, quod apud antiquos scriptores *mateling*, *vriendeling*, pro *matelijk*, *vriendelijk*, invenimus, ad quod intelligendum tenendum est, BILDERDYKIUM *ig* et *ijk*, vel *lig* et *lijk* eandem terminationem habere. (137)

V. *Ling*. CATERIUS inter *ing* et *ling*, nisi referet: quod quominus sequamur, arcta impedit τοῦ *ing* et *ling* necessitudo. Nimirum etiam haec terminatio BILDERDYKIO participialis esse videtur, et quidem orta ex verbis frequentativis, quae dicit, repetitionis. Scilicet verba nostra frequentativa repetitionis, (138) (nam ea, quae continuationem (*eene during*) significant et ex praeteritis formantur, uti *wachten*, non huc pertinent) hodie in *len* et *ren* desinunt, antiquitus etiam in *nen*: eorum, quae in *len* formantur, participia in *ling* debent desinere; ita verborum *verzamelen* et *wandelen*, *verzameling* et *wandeling* participia sunt, quae mox substantivam vim acceperunt. Si autem quis vocabula obiiciat in *ling*, quae a nominibus, non a verbis, formata sunt; haec exemplo refutat BILDERDYKIUS: (139) *jongeling* quidem a *jong* esse, sed ope verbi neutrius *jongen*, quod *jongelen* facit: ita enim ex omnibus usu receptis nominibus verba neutra formari. Alia exempla sunt, quod ex *hof* fit *hovelen*, id est in aula versari; unde *hoveling* est qui in aula versatur: (140) ex *sterven* *stervelen*; unde *sterveling* proprie est *die stervelt*, qui moritur, sed usu moriturum aliquem vel mortalem significat. Ne autem quis miretur, in huiusmodi vocabulis frequentativam vim cerni interdum non posse; sufficit, ut forma agnoscatur: nam, quum in vocibus vel primitivis, vel semel derivatis, in hac ipsa dissertatione, iam saepius insignem significationis mutationem deprehendere potuerimus, quanto magis hoc accidere potuit, ubi primum ex verbis vulgaribus frequentativa, deinde ex his substantiva orta sunt? Neque immerito forte quis hanc rationem det, quare frequentativorum participia ita invaluerint, ut scilicet persona ab actione dis-

---

(136) P. 81. Eodem referri potest vox *vluchtighe*, i. e. *vlugting*, *vlugt* ap. COORNH. vertroost. der wijsh. 2e B. 1e Prose. (137) BILD. p. 173 sq. (138) BILD. p. 81. sqq. cf. p. 326. sqq. (139) Pag. 83. (140) BILDERD. pag. 269. 270. 271.

tingueretur: nam usu receptum est, ut *ing* actionem significet, *ling* autem longe frequentius personas, quam res respiciat; igitur ita distinguimus, ut *vlugting*, *leering* actionem, *vlugteling*, *leerling* (pro *leereling*) personam indicet. Quidquid huius rei sit, usu omnino varia facta est τοῦ *ling* significatio. Ita supra vidimus, ex A. S. *cnapa*, *cnaepling* oriri, ut tum diminuatur vocis praecipuae vis. Porro passive interdum adhibetur, ut *voedsterling*, *lieveling*: interdum active et passive, pro diversa considerandi ratione, ut *aannemeling*, qui facile discit vel qui accipitur. Adhuc dicendum de CATENII sententia. Hic et nostram terminationem, et A. S. vocem *lyng*, *imago*, ad communem originem refert obsoleti verbi *lingen*, *se componere*, *adiungere*, *eiusdem indolis ostendere*; (pro quo Germanis *gelingen*, *prospere succedere*, in usu est, et ex quo nostrum *belang* superest) adeo ut *ling* significet: „ymand of iet van dat soort, of daer toe betrekking hebbende." (141) Acute ille quidem, sed minus opinor vere: nam in quibusdam vocibus tam manifesta est participialis origo, veluti in *verzameling*, ut *ling* ex eo fonte derivandum non videatur. Accedit, quod ex illo principio verissima quidem significatio duci potest, (nimirum, ut *ling* genus indicet vocis, cui adiicitur, ad eamque referatur) (142) sed nimis generalis: nam quaenam quaeso vox est terminatione instructa, quin praecipui verbi significatio superior sit, et terminatio non nisi illius determinatio?

VI. *Nis.* ADELUNGIUS hanc terminationem, quam HOOFTIUS in primis diligit, cum Germanico *nosz*, *nusz*, cognatam esse putat, quod in multis Germaniae regionibus universe rem significat: sed nimis indefinita est haec cognatio, quam ut eam sequi liceat. BILDERDYKIUS item compositionem existimat; vacillat tamen et vix firma ei haec sententia est: nam (142*) „nonne forte, inquit, haec terminatio merum nostrum *isse* est infinitivo adiunctum? Posset ita existimari, et quidem non sine fundamento. Neque obstarent substantiva in *nis* ab adiectivis derivata, quorum verba indicari non possent; nam nullum est vocabulum, ex quo verbum non facere possit vernacula lingua. (*duister*, *duisteren*, *duisternis*.) Igitur hoc in medio relinquimus; quamvis convenientia cum aliis linguis (143) nos eo adducat, ut non meram

(141) CAT. II. pag. 84. cf. WEILAND v. *ling*. (142) Simili modo WACHTER Prol. S. 6. *ling* a *langen*, tangere, spectare, pertinere, deducit. (142*) p. 265. v. id. p. 105. (143) Quam vide apud CATEN. p. 83. WEILAND v. *nis*. BILD. pag. 265.

terminationem *isse*, sed adiunctionem *nisse* habeamus." Alio loco (143*) eandem sententiam propugnat hac observatione, quod, si *isse* admittitur, voces in *nis* vetera infinitiva essent, per terminationem feminini generis facta; ut autem vox feminina fiat, debet mascula esse, neutra esse nequit, qualia omnia infinitiva. (144) Igitur hocce modo τοῦ *nis* originem declarat, (145) ut sit ex verbo nostro *ne-en* vel *ny-en*, (*byten*, *knagen*, *afnemen*, unde substantivo hinc orto sponte cavitatis adeoque etiam capacitatis notio adhaereat, (146)) addita huius radici terminatione *se* vel *ee*, qua, ut vidimus, femininum genus efficitur; unde et ipsa haec vox feminina sit, et composita sua feminina reddat. Hanc coniecturam ita adstruit, ut satis tute pulcra vox et egregii usus, nimirum *nis*, nostro sermoni, tamquam civis αὐτόχθων, vindicari possit, quam aliunde advenam habet WEILANDUS et civitate donatam. (147) Proposita significatio in plerisque substantivis in *nis* agnosci potest: *geheimenis* v. g. propie est *geheimbevatting*, (148) id est *bevatting van 't geheim*, sed usu factum est, ut etiam simpliciter *geheim*, significet: quemadmodum *belofienis* valet *belofte* etc. Igitur VERWERUS usum verborum *begrafenis* et *begraving* frustra distinguit, (149) quum eorum propria vis tantummodo possit distingui.

VII. *Schap*. Convenit de huius particulae origine omnium eruditorum sententia. Etenim quamvis antiqua sit et secundum CATENIUM (150) ad 8 vel 9 saeculum referenda, superest in hodierno sermone verbum *scheppen*, quod antiquitus *schapen*, *schepen*, enunciabatur, et, quid *schap* significet, indicare potest. (151) Neque nobis propria est terminatio, sed septentrionalium linguarum communis. (152) Verbum *scheppen* autem primo et proprie est *continere*, (153) ut ex compluribus indiciis efficit BILDERDYKIUS: nam quum *schap* Danice *skab* scribatur; hoc ipsum *skab* etiam arcam significat, quae eadem nos-

(143*) p. 301. (144) Pag. 64. (145) Pag. 106. (146) Pag. 59. (147) Ex Ital. *nicchio*, Franc. *niche*. Igitur frustra etiam LUBLINKIUS Brieven (I) over de Nederd. Taalverr. pag. 5. in variis compositis *muurrond*, *-vak*, *-groef*, simplici *nis* substituendis laborat. (148) BILD. p. 37. (149) Id. Ling. Belg. p. 46, cf. CAT. p. 83. (150) II, 85. (151) Cf. CAT. ibid. WEIL. v. *schap*. BILD. p. 59. 85. 256. Verbo adiiciendum, BILDERDYKIUM p. 85. *schap* ex participio *schaping* contractum dicere, quod facile admitti potest. (152) BILD. p. 255. CAT. l. l. WACHTER v. *schaft*. (153) BILD. p. 37. 59. 85.

tri *schap* olim fuit significatio: (154) unde etiam *schappry* erat *een spijskamer*; eodem modo Gothice *skap* vel *skab* omne dolii genus significabat; etiam *schip*, quod in singulis septentrionis linguis occurrit, huc pertinet. (154*) Ex hac igitur origine omnes explicari debent voces in *schap* definentes: ita *wetenschap* (155) est *weten-bevatting*, *bevatting van 't weten*; *gramschap* est *gram-bevatting*, id est notionem τοῦ *gram*, forma substantivali, continet, uti *eigenschap* notionem proprii; quam vocem ita VERWERUS a τῷ *eigendom* distinguit, ut haec iuridicam, illa physicam proprietatem contineat; *manschap*, *vriendschap* eodem modo continent, quae viri amici propria sunt. Sed non tantum continendi adest significatio: nam, in primis si substantiva τῷ *schap* iungantur, aliae accedere solent: igitur quum *burgerschap* universam civis notionem contineat, a conditione facilis est ad ius progressus: *koopmanschap* est status mercatoris, unde proclivis ad mercaturam et merces transitus; in primis interveniente dicto verbo *schappen*, sed alia dialecto et significatione, ut *schaffen*, agere, fit. (156) Sic pro varia vocum natura etiam varii significatus accedunt: ex quibus praecipue notatu dignus est collectivus ille, quo *manschap*, *genootschap*, virorum et sociorum comprehensionem indicant. Neque omittendus alius, scilicet quando per Metonymiam personam pro eius conditione usurpamus, *heerschap* pro *heer*, (157) *maatschap* pro *maat*, (158) cuius rei etiam in ipsum vocabulum vis fuisse videtur; nam hinc forte ratio repetenda, quare, quae hoc modo frequentius usurpatae videntur voces, addita in fine syllaba, ad pristinam significationem reductae sint: nimirum iam *heerschappij*, *maatschappij*, etc. dicere solemus. Quamvis vix credam, imitandum esse BRANDTIUM, quem alicubi *gemeenschappij* scribere memini; quae vocis productio, quum *gemeenschap* ad adiectivo derivatum sit adeoque dictam Metonymiam non patiatur, saltem supervacanea est, nisi improbanda, quia accentus cadit in terminationem *ij*, quales voces, si fieri potest, evitandae sunt.

VIII. *Achtig* et *haftig*. Cum illa terminatio frequentis sit usus, haec raro occurrit: quare ei locus non dandus fuisset, nisi arcta in quibusdam vocabulis utriusque esset cognatio. *Achtig*, quin proximam originem in nostro

---

(154) Conf. CAR. TUINNMAN Fakkel der Ned. Taale in v. et LULOFS Schets p. 159. (154*) Hoc loco observandum, *i* pro *a* non obstare, quia ipsa terminatio *schap* Franco-Theotisce *skip* scribitur. (155) BILD. p. 37. (156) Cf. KILIAAN in v. BILD. pag. 259. WACHTER in v. SCHAFT. (157) Cf. CAT. d. l. WEILAND v. heerschap. (158) HUYD. ad STOK. II, p. 254.

achten (*houden*, *meenen*,) habeat, (159) vix dubitandum puto; neque minus certum videtur, huius ipsius verbi originem in *agen*, *eigen*, praeter. *achte* latere: quod cum M. G. *aigan*, F. T. *eigan*, A. S. *aegan*, *agan*, *habere* convenire tradit CATENIUS, (160) qui in eo tamen minus bene existimare videtur, quod *achtig* statim hinc repetit, hac insigni significationis differentia, ut τῷ *achtig* ipsi habendi, mihi vero existimandi vis insit. Nimirum *achtig* ab *achten* repeto: hoc autem frequentativum est verbi *agen* (161) et quidem durationis frequentativum, teste forma a praeterito deducta: quum igitur *agen* *habere* significet, τῷ *achten* necessario tenendi vis inest et mox per Metaphoram existimandi, quod rei ipsa confirmari mox probare conabor. De terminatione *haftig* autem plane CATENIO acquiesco, illud ab *haven*, *haben*, hodie *hebben*, derivanti, habendi significatione. Utraque autem terminatio suae radici *ig* adiungit, quum in cognatis linguis saepius illud *ig* non sit adiunctum. (162) Quod iam ad vim τοῦ *achtig* attinet, WEILANDUS aptissime eam ita explicat, ut v. g. *swartachtig* significet quod nigrum habendum est, vel potius, quod adeo nigri simile est, ut nigrum haberi possit. Eodem modo BILDERDYK *rijkachtig* exponit *rijk te achten*, ut divitis simulacrum quasi (*zweem*, *gelijkheid of liever. gelijkenis*, *zwevend denkbeeld*) efformetur. (163) Ita facillime haec in quam plurimis vocibus procedunt, sed nonnullae obstant; uti *waarachtig*, (164) *deelachtig* etc. in quibus *achtig* habendi significatione occurrit; quaenam igitur exceptionis ratio? Scil. erudito HUYDECOPERI scholiastae *achtig* illis casibus pro *haftig* dictum videtur, (165) uti Germani *wahrhaftig* dicunt; *haftig* enim significat, aliquid revera rei cuiusdam habere qualitatem: exempla sunt: *heldhaftig*, *manhaftig*, *naamhaftig*. Iam vero haec significatio plane cum dictis vocibus congruit et hoc modo etiam transpositi accentus apta poterit ratio dari: nempe *haftig* quoque terminatio accentum recipit in derivatione, quare il-

---

(159) Cf. WEILAND v. achtig. SIEG. Verh. o. d. S. p. 164. etiam. BILD. p. 38. in f. § 15. hanc originem tradit, sed § sq. se ipse quasi revocat, ita ut nil omnino decernat. (160) Pag. 86. (161) Cf. BILD. p. 81. (162) CAT. l. l. Tamen et nos *manhaft* dicimus, nulla fere significationis mutatione. (163) BILD. p. 301. (164) Quod dicit HUYD. Proeve II, p. 150. *waarachtig* proprie significare non id, quod verum est, sed quod verum videtur, id ipsum verum esse potest, modo *waa-achtig* intelligat: nobis vero iam de *waarachtig* quaestio erat. (165) Cf. ipsum ad HUYD. Proeve II, pag. 151. et WEIL. v. haftig.

hud in hancce classem a CATENIO relatum mirarer, nisi similitudinis caussa τῷ *achtig* additum fuisset, quum praeterea pronunciandi libido accentui transposito occasionem dare potuerit. Non omittenda est eiusdem observatio, usu factum esse, ut *haftig* copiam quamdam significaret; igitur *man - deugd - ernsthaftig* explicat tamquam *rijk van manmoedigheid*, *deugd* en *ernst*.

IX. *Baar*. Iam in antiquissimis linguis invenitur terminatio huic et sono, et significatione conveniens: nec mirum igitur, etiam multitudini linguarum, cum nostra cognatarum, eam esse communem, (166) in quibus *baere*, *per*, *pare*, simillimo usu effertur, eoque ubique frequentissimo. Ex una omnium sententia matrem habet nostrum *baren*, id est ferre, gignere, proferre. Duplice in primis vi venit, prouti vel cum substantivo, vel cum verbi cuiusdam radice, ut parte praecipua, connectatur. (167) Priori casu gignendi, pariendi significatione occurrit, quod ex adiectivo *vruchtbaar*, *nutbaar* (utilitatem proferens) (168) *kostbaar*, aliis apparet, in quibus activus sensus est; quum posteriori casu passivus sit, non tamen ita ut *gigni*, *proferri*; sed ut *fieri* significet: inter quas, ut sponte patet, arctissima est necessitudo. (169) Usus autem potentiae vim adiecit, (quae etiam in prioris generis adiectivis non raro occurrit, vg. *vruchtbaar* (170) quod fructus ferre potest) ut iam *eetbaar*, *draagbaar*, (171) *zigtbaar* significent, quod edi, ferri conspici potest, sive quod naturam habet, ut edatur, feratur, conspiciatur. Tractandum superest vocabulum *openbaar*, de quo CATENIUS dubitat, utrum explicet quasi *voor al de wereld in 't opene gebragt*, an a *baar* nudus deducat, quasi *naaktelijk open*; cum HUYDECOPERO hoc praefero, ut pleonastica dictio sit et bis idem dicatur: quod maioris efficaciae causa factum fuit et accen-

---

(166) WEILAND, v. baar. BILD. p. 259. CAT. II, 86. (167) Cf. LULOFS in Dict. CAT. l. l. HUYD. Pr. II, p. 522. sq. (168) Alterum illud *nutbaar* (dat genuttigd kan worden) ad sequentem classem pertinet. HUYD. l. l. p. 521. (169) Quam ulterius explicuit HUYD. pag. 523. (170) Ex derivatae huius significationis observatione libenter voces *feilbaar*, *brandbaar*, *strijdbaar*, *manbaar*, ex substantivis *feil*, *brand* etc. repeterem. WEILANDUS autem eas ex verborum radicibus ortas dicit, adeoque a regula illa recedere cogitur, quae passivam vim esse iubet, ubi *baar* cum verbi radice coniungitur: quam regulam ipse tamen hactenus agnoscit, ut, improbatis quibusdam vocabulis, ubi *baar* activo sensu cum verbo coniungitur, passivo hoc tute fieri posse affirmet. De voce *manbaar* omnino vid. HUYDEC. Pr. II, p. 520. (171) Hanc vocem, si substantive adhibetur, adeoque τοῦ *baar* vis adiectiva perit, pleonasmum continere affirmat HUYDECOPERUS, Proeve II, pag. 524. quia in simplice *baar* substantive sumto ferendi vis iam inest.

tu confirmatur, (172) qui magis in ultimam fyllabam cadit, quam fi fimplex terminatio est. Igitur *baar* hoc fingulari loco, quum caeteroquin, fi *nudum* fignificat, verbis praefigatur, non terminatio est, fed compofitio. Quod ad vocem *mondbaar*, non adfentior WEILANDO, privativam in ea, quafi τοῦ *loos*, fignificationem esfe: hoc enim vix probari posfit, et unicum foret exemplum. Sed huius vocis explicatio nimis incerta videtur, quam ut ei inmoremur. (172*)

X. *Lyk*. Hanc adiectivalem terminationem, quae in aliis dialectis *lih*, *lich*, *lic*, *like*, etc. effertur, CATENIUS et reliqui fere Etymologici (173) a *lijken*, *gelijken* deducunt vg. in *Goddelijk*, *dierlijk* etc. Quae fententia fi vera est, huiusmodi vocabula quafi exempla erunt illius exemplaris, quod praecipua voce continetur; quae et pulchra esfet ratio et philofophica. BILDERDYKIUS vero illam non feparatam aliquam derivationis particulam, fed meram potius adiectivorum productionem arbitratur. Utramque fententiam funt, quae iuvent, argumenta, funt, quae obftent. Nimirum BILDERDYKIUS (174) adiectivis in *el*, quorum quaedam etiamnum fuperfunt, ut *vermetel*, *vergetel*, *dartel*, *veel*, (pro *vee-el*, kudde- of troepachtig) (175) *ig* adiicit, ut ex *verftanden*, *monden*, (id est verftand hebben, verftaan, mond hebben of fpreken) adiectiva existant *verftandel*, *mondel* (quorum illud frequentis olim ufus erat, hoc ex analogia fupponitur): et ex hisce *verftandelig*, *mondelig*, quae, per literae *g* et *k* cognationem, *verftandelik* et *mondelik* fiunt. Hoc fulcire conatur obfervatione pronunciationis, quae antiquitus nobis *wijsfelik*, *mondelik* erat, vel potius *wijsfelek*, *mondelek*; uti STOKIUM et MAERLANTIUM *hooveerdhege*, *tijdlec*, *heilech* etc. fcripfisfe affert. (176) Eodem modo in KILIANO *lijck*, *ghelijck*, *fimilis*, *inftar* invenio, fed *heerlick*, *heftighlick*, alia. Ex his tamen nil certi confici potest: nam adiectivorum illorum in *ig* nullum, quod fciam, exemplum est: fed etiamfi haec admittamus, non requiritur litera *ij*, ut terminatio nostra a *lijken* derivetur: in aliis enim dialectis pro nostro *gelijk*, *gilih*, *lih*, *lic*, *gelic* invenimus. (177)

---

(172) HUYD. Pr. II, 523. fq. WEIL. v. openbaar. (172*) Cf. WEIL. v. mondbaar. (173) CATENIUS II, p. 87. WACHTER v. *lich*. WEIL. v. *lijk*. VERWER Ling. Belg. p. 47. (174) Pag. 173. fqq. (175) De quibus vid. BILD. pag. 184. fqq. (176) Ita in privilegio Medioburgenfi anni 1254, cuius partem exhibet YPEIJ Gefch. der Ned. Taal p. 315. 316. *ewelik*, *gravelek*, *koninghlek*, *koninglek*, *koneghelek* invenio. (177) Cf. CAT. II, 1fte Proeve v. lijk p. 279. WACHTER voce *lich*.

Neque, quod Anglice eodem modo *worthij*, *waardig*, *sappij*, *sappig*, et *justlij*, *juistlijk*, *homelij*, *huislijk* dicitur, rem conficere videtur; nam, observante BLAIRIO, (178) lingua Anglica semper fere in primam syllabam accentum ponit: hinc facile intelligitur, quomodo consonantes in fine perire potuerint; praeterquam quod olim apud Anglos *lic*, *lica*, *lican* etc. dicebatur, quae terminationis scilicet formae, minus BILDERDYKIO faventes, in lingua, unde Anglica proxime descendit, id est Anglo- sive Dano-Saxonica, inveniuntur. (179) Quod ad CATENII doctrinam attinet, ex pronuntiatione, quam supra memoravi, non directa a verbo *lijken* origo esse posse videtur, nisi etiam *liken* dictum dicas, quae forma ex aliis dialectis egregie sustentari potest. (180) Adsunt autem adiectiva in *lijk* desinentia, quae multum videntur efficere. Nimirum non probabile est, eidem voci bis eandem terminationem adesse: nihilominus *eeuwiglijk* dicimus, *vrediglijk*, *gunstiglijk*, alia. Sed BILDERDYKIUS hoc per abusum refutabit, quo terminatio *lik*, obtinente errore eius cum verbo *gelijken* cognationis, ad omnia adiectiva applicari coeperit: et revera antiquitus, ut exemplum praebeam, *ewelik* dictum fuit. (181) Neque magis CATENIO prodest terminationis significatio. Verum quidem est, aliquam similitudinem ea indicari, sed illa plerumque non ita magna est, (181*) quin etiam terminatione *ig* possit contineri: ita *vorstelijk* proprie significat quod ad principem pertinet, quae plane τοῦ *ig*, ut vidimus, significatio est: sed metaphorice, quod convenit principi, eo dignum est; ubi maior vis est, si a *lijken* oriatur terminatio. E contrario in plerisque verbalibus, *behagelijk*, *bedriegelijk*, *begrijpelijk*, vim quasi suam exsereret *ig*; ut huiusmodi vocabulum, substantivo adiunctum, illi qualitatem vindicaret illius rei, quae vocabulo, cui *ig* adiectum est, exprimitur. Sed tempori parcamus: iam enim Academico more in utramque partem disputasse videor; at nullo effectu: neutrius enim partis, ut praeponderaret, hactenus mihi momentum innotuit. Quum igitur antiquitatis templum hac parte mihi ingredi non liceat, eam venerans in limine consisto.

---

(178) Lessen over de Red. I. p. 223. (179) Exemplum vide in precibus, quas profert Cl. LULOFS p. 174. (180) CATEN. l. l. (181) Dubito, an contrarium probet, quae in antiquo linguae monumento (het Nibelungen-lied) vox occurrit *minnechlich*, id est beminnelijk. (181*) Cf. de huiusmodi similitudine num. V, hui. § in f.

XI. *Zaam.* A CATENIO haec terminatio cum praecedente coniungitur tamquam synonyma, (182) et deducitur a *zamen*, convenire, overeenkomen, te zamen gaan, quod linguarum comparatione confirmat. Quum autem hoc verbum etiam nostri *zamen, te zamen* (183) origo habenda sit, ut ipse indicat CATENIUS, et arcta admodum sit inter notionem τοῦ *simile* atque τοῦ *simul* necessitudo, (quod ex harum quoque vocum cognatione apertum est,) malim in nostra terminatione has notiones coniungi; quod, ni fallor, etiam ipsa derivata suadent. Nam tribus potissimum vocabulis adiungitur. Primo: substantivo *eerzaam*, *deugdzaam*, *vreedzaam*, quo casu non tantum honoris, virtutis, pacis similitudinem vel qualitatem, sed plus significat: nimirum vim quamdam reciprocam habet *zaam*, ut *eerzaam* eum significet, qui una cum honore est, qui in se honorem habet et *vreedzaam*, *te zamen en met vrede.* (184) Huc mihi pertinere videntur (185) *gheloeffsame ghetughen*, id est geloofwaardige: scil. qui fidem habet in se, etiam aliorum fide dignus est; similiter ille, cuius actiones cum honore congruunt, eo dignus est, unde *eerzaam* etiam *eerwaardig* significat. Secundo: adiectivo nectitur vel adverbio, quando interdum merum adiectivale videtur, ut in *langzaam*, *zeldzaam*, nisi cum WACHTERO (185*) quasi tardo, raro similem exponas. Interdum propria significatione venit, ut in *gemeenzaam*, id est una cum aliis, aut *eenzaam*, id est unus secum ipse versans, adeoque solus. Tertio: verbi radici iunctum activam producendi vim habet. Nimirum *zamen* etiam est coniungere, copulare, hinc producere; (186) qua significatione ad producendi potestatem translata, iam τὸ *zaam* activam habilitatem vel facultatem significat: (187) *heelzaam* (*kruid* vg., quasi herbam dicas, cui sanatio inest) id est, quod mederi potest, *leerzaam*, aptus ad discendum, *genoegzaam*, aptus, ut sufficiat, *lijdzaam*, qui pati potest etc.

XII. *Loos.* Haec terminatio, quamvis antiquissima, tamen facillima est: nam (187*) matrem habet verbum *liezen*, *lieren*, hodie *verliezen*, in praet. *loos*, *loor*, hodie *verloor:* concinunt autem M-G. *laus*, Alem. *los*, A-S.

---

(182) II, 87. Eodem modo WACHTER voce *sam.* (183) De quo WEILAND v. zamelen. (184) Ut ait Cl. LULOFS Schets p. 9. in f. (185) Quod WEILAND voce *zaam* refert ex Mat. der Sond. (185*) In spec. v. sam. (186) BILD p. 38. (187) HUYD. I, p. 355. sqq. WEIL. v. zaam, qui solum hunc casum respicere videtur. SIEGENB. Rijkd. p. 44. Similem significationis progressum vidimus ad vocem *baar.* (187*) Cf. CAT. II. 89 et WEIL. v. loos.

leas, German. *los.* Item est adiectiva, et privationi, vel potius defectui aut absentiae indicandae infervit, (188) five fubftantivo postponatur, five verbi radici. Primo cafu per praepofitionem *zonder*, fine, potest explicari, ut *ftateloos*, privatus, (188*) *vaderloos*, *haveloos* patre, bonis, (189) carens: quamvis interdum maior vis infit; ita *heilloos* proprie tantum falute carentem fignificat, plerumque tamen pro exitiofo, fatali fumitur, *een heillooze flag*, *een heilloos onweder.* Secundo cafu pasfivus fenfus est; *dat niet word of worden kan*, vg. *reddeloos*, dat niét gered, *ftooreloos*, dat niet geftoord kan worden. Sed hoc non frequenter obtinet; quare vocabula ex radice verbi, addito *loos*, derivata improbantur ab HUYDECOPERO, qui nominatim de voce *wegeloos* pro *wigteloos* VONDELIUM notat; (190) uti LELYVELDIUS vocem *heelloos*, (191) qui fanari nequit, fufpectam habet. Non magis iudicium fero de fingulari voce *fchaloos* (192) quae contrariam vulgari habet fignificationem, nimirum ut non fine, fed cum damno fignificet: in primis autem hoc obtinet in fequentibus dictionibus: *het fchip is fchaloos binnen*, (193) *een fchadelooze lap laken*, *hij heeft dan ganfchen winter fchadeloos geloopen* et fimilibus.

§. 15.

Iam ad tertiam clasfem procedendum est earum terminationum, quae maiorem etiam, quam praecipua pars, habent emphafin, quasque omnes idcirco fpurias iudicat CATENIUS. (194) Hoc tamen non omnino verum: in quibusdam enim pronunciatio tantum per alius linguae imitationem corrupta est, ut videbimus ex nonnullarum recenfione, in qua tamen paucis defungi posfumus, quoniam huius clasfis terminationes vel minus praecipuae funt vel minus distinctae.

---

(188) Quae fi minui potest aut augeri, comparationis gradus admittuntur, uti in *trouweloos*, *godloos* etc: cf. WEIL. v: loos: (188*) Ap: VOND. vert. van HORAT. (189) Hinc etiam fordidum fignificat. LELYV. ad HUYD. I. p. 18. (190) Proeve I, pag. 17. (191) Ad HUYD. I, p. 356. (192) WEILAND v. fchadeloos. (193) Quam dictionem LELYVELDIUS ad HUYD. I. p. 18 acute ex *fchaalloos* repetit, id est *zonder huid*, *met fchade aan de huid* five de navi, *met fchade aan de kiel*, cuiusmodi vi remisfiore *loos* faepius occurrit, ut v. c. *zorgeloos* fignificet et *die niet zorgt*, et *die weinig zorgt*. In reliquis forte corruptio ex *fchadelijk* obtinet, (quod vult WEILANDUS v. loos), vel perverfa vocis *fchaloos* a navi ad prorfus disfimilia applicatio. (194) P. 91. cff. dicta ad terminfo p. 14. n. 40. et quae dicentur de Francica lingua.

1° *ij* cum BILDERDYKIO (195) et LULOFSIO (196) ex *inge* vel *ijnge* repeto, ex cuius terminationis significatione etiam egregie potest explicari. Tamen post nonnullas voces origine non germanas, ex Latino *ia* ortum esse potest. (197) Quod ad accentum, qui in *ij* cadit, v. g. *heerschappij*, *razernij*, corrupta est pronunciatio et quidem ex confusione cum Francico *ie*, *calomnie*. (198)

2° *éren*: haec terminatio plerumque occurrit in vocibus, quas a Francis mutuamur, v. g. *charméren* est ex Francico *charmer*, addita nostra verborum terminatione. (199) Sed est etiam, ubi post voces Belgicas occurrat, *waarderen*, *redeneren* pro *redenen* vel *reden* (quod Germanis adhuc in usu pro *spreken*) in quibus ipsa terminatio, per corruptionem et imitationem linguae Francicae, partim Francica est, partim Belgica. (200)

3° *eel* v. g. *kasteel* ex Latino *ellum* est (201) idemque cum *el* in voce *kartel* etc. (202)

4° de terminatione *ier* iam nonnulla vidimus: (203) unde iterum patet veritas eius, quod initio huius § dixi.

5° *et* (quemadmodum etiam *eel*) révera diminutivum est, (204) et quidem origine Francicum, quamvis ipsae voces, quae iam nobis in *et* desinunt, *banket*, *pakket*, plerumque origine nostrae sint, *bank*, *pak*. (205)

6° *in*. CATENIUS nostram habuisset hanc terminationem, nisi accentus eum movisset, ut a Latino *inus*, *a*, ortam suspicaretur. (206) Sed BILDERDYKIUS (207) gravissimis argumentis eius originem a participiali *ing* repetit, neque pronunciationem, quippe corruptam, quidquam obstare, hac observatione probat LULOFSIUS, quod Germani etiamnum in ipsam vocem accentum ponunt, quum v. g. *freündinn* dicant, ubi nos *vriendin* etc. (208) Significatio eadem est, quae τοῦ *se*, ut nimirum femininum genus efficiat. (209)

---

(195) P. 79 sq. (196) Schets p. 232. (197) v. LULOFS l. c. et p. 143. (198) Quod probat Cl. LUL. p. 233. add. dicta ad termin. *schap*. (199) v. CAT. I. p. 241. II. p. 92. (200) v. Cl. LUL. p. 131, 2. (201) v. idem p. 143 et CAT. p. 92. (202) v. BILD. p. 115. (203) Pag. 14. add. BILD. p. 184. (204) v. BILD. p. 115. cf. Cl. LUL. p. 230. (205) v. Cl. LUL. p. 135. (206) P. 93. (207) P. 90 et 276. (208) P. 232. (209) Causam praebet BILD. p. 90.

SECTIO SECUNDA.

De praecipuis et distinctis derivatorum nostrorum particulis praefixis.

§ 14.

Quod ad particulas praefixas attinet, hae non ita frequentes ſunt, ut diviſione opus videatur, in primis quum omittendae ſint *b. f. g. k. n.* etc. quae minus distinctae; uti et *ant*, *wan*, aliae, quae minus praecipuae ſunt: niſi disputatione illud ferente, ſtrictim de iis quaedam monenda videantur.

§ 15.

Quum autem etiam ad vim harum particularum attendendum ſit, nonnullius momenti videtur quaestio, utrum praepoſitiones dicendae ſint, nec ne. Nimirum ſi praepoſitionem accipias vocem praefixam, ſine dubio praepoſitiones dicendae ſunt; ſin vero praepoſitionem orationis partem intelligas, dubitandi cauſa est. Verum quidem est, eas nonnullas habere praepoſitionum qualitates, ut ſcil. vocabulo praeponantur illudque determinent: at contra numquam ab illo ſeparari posſunt earumque existentia prorſus ex illo pendet. Hinc inſeparabiles praepoſitiones quibusdam dictae ſunt, et recte quidem: ſed proclivis tum ad confuſionem via. Nempe et aliud est praepoſitionum inſeparabilium genus quodque ex vulgaribus praepoſitionibus conſtat, ſed quae ita cum verbo quodam coniunctae ſunt, ut per omnes modos et tempora illius initium teneant: (209*) unde etiam WACHTERUS (209**) illas cum particulis praefixis confudit. Ad hanc igitur confuſionem vitandam illa *be*, *ge*, etc. potius particulas praefixas, quam praepoſitiones inſeparabiles dico; et ex hisce intelligitur, quare inter derivata illa vocabula numeraverim, quibus huiusmodi particulae praefixae ſunt. Quodſi has praepoſitiones

(209*) v. g. *ik onderhou*, *aanbid.* Aliud est *ik hou onder*, *bid aan.* Cf. BILD. p. 102 et 295. ſqq. CAT. I. p. 406—409. (209**) Prol. Sect. 5.

dicerem, necesse fuisset de compositis cum praepositione, non de derivatis dicere. Hisce igitur obiter dictis, ad enumerationem et explicationem ipsam progredior.

§ 16.

I. *Be.* Infinita esse vocabula, quae adiecto *be* occurrant vel formari possint, non opus erit, ut moneam, quum universe hoc de particulis praefixis verissimum esse, et lexica, et quotidianus sermo manifeste comprobent. Duplex est huius particulae usus, ut vel in verbis occurrat; (sive simpliciter verbo praefigatur, *bezaaijen*, sive ex substantivo aut adiectivo, cui additur, verbum oriatur, quod sine ea non in usu est, *bedijken*, *begrooten* (210)) vel in iis substantivis, quae, demta verbali terminatione, ex verbis oriuntur, horumque infinitivis significatione respondent, *beloop*, *bereik.* (211) Sed in his idem valet, quod in verbis: uti et reliqua inde oriunda vocabula, *bereiking*, *beampte*, *bedenklijk*, etc. huc pertinent. Interdum etiam cum parte praecipua, amisso *e*, coaluisse videtur, uti in *bang*, *barmhartig*, *blijven*, *beemd* pro *beëemd*, id est *bewaterd.* (212) In antiquissimis Teutoniae dialectis *bi*, *be*, interdum *pi* audit. Quum autem *bi* in illis *bij* significet, cum CATENIO, (213) lenita pronunciatione, *be* ex antiquo nostro *bi*, pro quo nunc *bij* dicimus, ortum, saltem arctissimo vinculo cum eo cognatum puto; quemadmodum revera verbum cum *bij* compositum nonnumquam idem nobis significat, ac si *be* adiunctum sit: sic v. g. HOOFTIUS (214) *een beleg bijleven*, pro quo frequentius *beleven.* Haec propria vis etiamnum in *begeleiden*, *beluisteren* aliisque cernitur; sed in plerisque alias significationes, quamvis plerumque cognatas, substituit usus imperium: quarum, praeter memoratam, has tres recenset (215) WACHTERUS,

1° *Circum:* vg. *besnijden*, *bewinden*, *beringen*, *begrijpen.*

2° *Ad:* e. c. *bezoeken*, *bekwamen*, *belanden.*

3° *In:* vg. *begraven*, *behandigen*, *beklemmen*, *betrekken.*

---

(210) WEILAND v. be. (211) Idem in reliquis particulis *ver*, *ont* etc. obtinet. (212) CATENIUS pag. 52. WEILAND in v. LULOFS Schets p. 144. BILD. p. 56. (213) II, p. 52. Cf. WEILAND v. be. (214) N. H. VIII. B. bl. 340. (215) Proleg. S. 5. v. be.

In reliquis significationem intendi dicit. Similiter CATENIUS docet, universe particulam *be* efficacem actionis confirmationem verbis afferre, quasi *plane* significaret et *ex omni parte:* ita in verbis *bedenken*, *begeeren*, *bevestigen*, *bevinden*, aliis, eadem est, sed paulo maior vis, ac in simplicibus. Hoc autem praecipue patiuntur verba praefigendo *be*, ut definiantur magis, determinentur (216) et plerumque subiectum requirant: sic in *peinzen*, *bepeinzen*, *rooven*, *berooven*, in quibus genus fere in speciem mutatur. Hinc repetenda ratio videtur, cur activa vis sit nostrae particulae, non tantum, si activum est verbum simplex; (a quo sola, quod sciam, exceptio est in voce *bedragen*; quae ipsa tamen antiquitus active usurpata fuit, (217)) sed saepe adeo, etiamsi neutrum sit, ut in *loopen*, *beloopen*, *weenen*, *beweenen*, *leven*, *beleven*. (218)

II. *Ge*. Apud M-GOTHOS, F-THEOTISCOS aliosque *ga*, *ge*, *gi*, *ka*, *chi*, aliaque sonat: ulterius nil de eius origine constat: unde cum ADELUNGIO (219) inter primitivos sonos referrem, ut ad solam vocis amplificationem adiectum sit. BILDERDYKIUS duo eius genera distinguit, ut modo augmentum sit, modo praepositio inseparabilis. Quemadmodum autem adhuc superest in omnibus modis et temporibus verborum *genieten*, *gelijken* etc.; principio augmentum omnibus verbis adiungi potuisse adserit. (220) Quod omnino verum videbitur, si reputamus, *ge* antiquitus longe frequentius verbis adiectum fuisse. (221) Universe autem tum satis indistincta et levis momenti videtur τοῦ *ge* significatio, tum vero etiam arbitraria adiectio; (222) ita iam apud STOKIUM vocem *meente*, invenimus pro *gemeente*, et cum antiquo *heughe* nostrum *geheugen* cognatum est. (223) Hodieque etiam multa sunt verba, quibus *ge* per omnes modos et tempora praefixum invenimus, sed quorum etiam simplicia in usu sunt, et quidem fere eodem sensu; ut quodammodo tantum confirmetur et determinetur praecipui verbi vis, et longe quidem minus, quam praecedente

(216) Cf. ADELUNG Umst. Lehrg. I. p. 217. (217) Et quidem diversis significationibus vg. accusandi, ut patet ex KILIANO aliisque citt. a WEIL. voce bedragen. (218) Hoc etiam HUYD. observat Pr. II. p. 385. in f. Sunt tamen nonnullae exceptiones *bezwijken*, *bewas̈en*, *bevallen*, *behooren* etc. (219) l. l. (220) P. 57. Cf. VERW. p. 60. (221) Cf. YPEIJ Gesch. p. 226. (222) Vide complura exempla in nota ad VERWERI p. 53. (223) Cf. cl. LULOFS Schets pag. 224. v. porro id. een paar vertal. uit het Nib. lied Rec. der Rec. D. XI. N. 3. p. 104.

particula: (224) exempla sint *winnen*, *gewinnen*, *lukken*, *gelukken*. Sed magis magisque participi praeteriti proprium factum est, ut quasi eius characteristicum sit: (225) exceptis tamen iis verbis, quae vel cum praepositionibus inseparabilibus, vel cum praefixis *be*, *ver*, *er*, *her*, *ont*, vel cum ipso augmento sunt composita. Itaque *ik doe*, *ik hou onder*, praeteritum participium habet *gedaan*, *ondergehouden*, sed *ik onderhou*, *ontzie*, *gedenk* habet *onderhouden*, *ontzien*, *gedacht*. (226) Nihilominus, ubi *ge* ante *l*, *n*, (227) *r* aut vocalem in *g* transit et cum ipso verbo coalescit, non reputatur augmentum: itaque *glijden*, quod ex *ge* et obsoleto *lijden*, i. e. ire, constat, non *glieden* facit, sed *gegleden*. Quod autem ad reliqua vocabula, quae *ge* praefixum habent, hoc, si a verbis derivantur, suam vim retinet, vg. in substantivis, quae ex participiis praeteritis oriuntur, *gedachte*, *gedeelte*, etiam *gedierte*, *getimmerte*; qualia collectiva quidem esse, sed eorum formationem, quippe reliquorum formationi similem, huc nil facere posse, colligi debet ex iis, quae de simili illa formatione tradit BILDERDYKIUS: quibus igitur vim illam aut usus tribuit, aut, ut hic velle videtur, vulgaris τοῦ *ge* significatio, ut coexsistentiam indicet. (228) Sin autem, adiecto *ge*, a radice verbi, cui augmentum illud non adest, substantivum formetur, eadem erit vis, quae infinitivi: itaque idem est *het geroep*, *het geblaas*, et *het roepen*, *het blazen*: (229) proprie nimirum; quod autem ex. c. non tantum actio aedificandi, sed etiam quod aedificatum est, voce *gebouw* intelligatur, huc non pertinet. Interdum autem adiectivum praefixum habet augmentum, uti *gespraakzaam*, *gewinzaam*, sed sine significationis mutatione: quod ita mihi fingo, ut, veluti a *spreken* fit *spraak* et *spraakzaam*, a *gespreken*, quod idem fere esse vidimus, *gespraakzaam* nascatur. Superest, ut BILDERDYKII sententiam attendamus, a qua paululum aberravimus. Scilicet postquam (p. 100.) nonnulla de verbalibus cum augmento *ge*, vg. *geroep* aliisque dixerat, addit, hoc augmentum non confundendum esse cum praepositione inseparabili *ge*, quae cum Latino *co* et Graeco σύν convenit et coexistentiam aut collectionem in unam qualitatem (*mede*bestaan of *zaam*ver-

---

(224) CAT. p. 53. WEIL. v. *ge*. WACHTER v. *ge* inf. (225) WEILAND v. *ge*. (226) BILD. p. 57. 295. sqq. HUYD. Proev. I, p. 419. (227) CAT. II, p. 60. (228) De illis dicens p. 56. de collectivis p. 222. (229) BILD. p. 68.

eeniging in eene hoedanigheid) exprimit, cuius rei exempla praebet *gedaante*; *gestalte* etc. Has autem voces (pag. 56) a participiis praeteritis deducit, quibus (pag. 218.) ipsam illam praepositionem vindicat: (nam ibi perfecto indicativi *ik heb geloopen* eam tribuit, quod ex participio illo cum auxiliari *hebben* consistit) porro illis verbis, in quibus hodieque *ge*, quod *zoogenaamd augment* dicit, per omnes modos et tempora superest, *genoegen* etc., eandem illam praepositionem adsignat. Hinc satis perspicuum est, in his omnibus BILDERDYKIUM vel augmentum *ge* non agnoscere, praepositionem autem inseparabilem agnoscere, vel saltem sub nomine praepositionis inseparabilis augmentum, quod ita dicitur, intelligere, sed quod omnino distinguit (p. 100 in f.) ab illo augmento, quod verborum radici iunctum substantivis originem praebet. (230) Iam vero de hocce augmento eadem fere, quae ille, tradidi: de coexistentia accuratius videndum. Hanc scilic. exemplis adstruit huiusmodi: *gebroeders*, id est *medebroeders*, *gevader*, (*gallice compère*) *medevader*, *gedachte*, (*complexus idearum*) *gestalte*, (*samenstelsel*, als zeide men *constitutio*) etc. (231) Et revera magna horum exemplorum auctoritas esse videtur, inprimis, quum non tantum in hisce substantivis, sed etiam in verbis nostris *ge* cum Latinorum *co* conveniat. (232) Praeterea nullum BILDERDYKIANAE doctrinae impedimentum amplius erit, si cogitamus, Latinum *co* aut *con* in compositione non ita quidem *cum* significare, quam universe verbi simplicis vim dirigere et mitigare, (ut in *cohibendo*, *comedendo* sexcentis aliis,) et rarius vi τοῦ *cum* venire. Totum vero hunc locum mihi quidem huc usque subobscurum esse, lubens confiteor; quae inter causas est, quare fieri vix posit, ut quis magis, quam ego, grammaticam illam a summo viro expetat, in qua etiam hoc caput se ulterius explicaturum et confirmaturum esse, pollicetur.

III. *Ver.* M-G. *fra*, *fair*, *far*, A-S. *for*, F-T. *fer*, *ver*, *fir*, *for*, *fur*. (233) Quum autem in his linguis praepositiones, quae *ante*, *pro*, *prae* significant, valde hisce praefixis sint similes, (nimirum M-G. *faur*, *faura*, A-S. *fora*, *for*, F-T. *fora*, *furi*, *fuori*, ut et nos *voor*, antiquitus *veur*, dicimus) facile hinc origo particulae repeti posset, nisi tum in linguis A-S. et F-T.,

---

(230) De quo p. 68. et p. 100. § 87. (231) p. 101. Similia exempla pag. 295. referuntur. (232) BILD. p. 118. (233) CAT. p. 53. sqq.

ubi ſyllaba pronunciationis emphaſin (*klemtoon*) non habet, vocalium non magna ratio haberetur; (unde ex ſimilitudine tuta non ſit conſequentia) tum vero in iisdem linguis plerumque *fora* et *fore* praepoſitionis loco eſſent; tum etiam nimis adhuc diſtaret ſignificatio. Neque praepoſitionem *over* adhibere poſſumus, quum praecipuam vocalem omittere linguae Germanicae indoli non conveniat. Denique CATENIUS noſtrum *ver*, *procul*, affert, quocum ſane maxima est ſignificationis convenientia: nam ubi ſententia firmatur, *ver* hocce propria vi venit, ut *longe*, *remotius* ſignificet; ubi exitium indicatur, *ver* intelligi poteſt *nimis longe*, *te ver*; ubi iteratio, *porro*, *ulterius* debet ſignificare. Sed etiam haec ita proponit CATENIUS, ut ſe melius aliquid ſcire neget. Igitur illa omnia cognata eſſe poſſunt, (234) ſed vel hanc, vel illam originem eſſe, ſine iudicii temeritate affirmare vix poſſim: igitur cognationem indicaſſe ſufficiat. Quum autem origo lateat, profecto mirum non est, ſi in particulae vi explicanda haeream: nam quemadmodum uſus diuturnus univerſe freqnenter mutare et augere ſolet vocabulorum ſignificationes, ita in primis, ubi particulae adſunt, derivatae ſignificationes frequentes ſunt admodum, ut plerumque proprias obſcurent et tollant. Igitur, undenam inciperem dubitans ad hasce claſſes diverſas ſignificationes retuli.

1°. *Ver* firmat verbum ſuum eiusque vim auget, *verwinnen*; quod et *overwinnen* dicitur, *verbeteren*, *verſlimmeren*: ut hoc ſenſu, ſi ſimplicia non in uſu ſunt, dici poſſit *ver* faciendis verbis inſervire, ut in *verzoonen*, i. e. adoptare (235), *verduivelen*, in een duivel herſcheppen, (236) *vergoden*, *verdwazen*, *veraangenamen*.

2°. Vim ſui verbi extendit, ut nova actio exiſtat, conveniens cum illa, quam ſimplex verbum exprimit, ſed alio directa: ita *verleggen* etiam ponendi actionem continet, ſed ut in alium locum fiat, et hoc modo in ſingulis verbis pro ſua indole, *veraarden*, *verplooijen*, *verleiden*, quod uſus in malam partem explicat.

3°. Privativa quodammodo vis est, (237) ubi actio indicatur, quae fundamen.

---

(234) Uti de voculis *voor* et *ver* ex profeſſo demonſtrat CAT. p. 44. Cognationem autem τοῦ *over* et τοῦ *voor* harum vocum promiscuus interdum uſus oſtendit: ita dicimus *overtreffen* ſed *voortreffelijk* et apud STOKIUM (IV. v. 1477 ubi vid. HUYDEC.) invenimus *dat de Grave hilt over ſpel* i. e. *voor ſpel*. (235) HOOFT *Tac.* bl. 3 en 176. (236) COORNHERT I. fol. 329. (237) BILDERD. p. 217, 243.

tum quidem habet in verbo simplice, sed aut male instituta, aut nimis porrecta est, aut tam longe porrecta, ut interitus inde sequatur, *verbruiken*, *verbakken*, *verbranden*, *verteeren*. Hinc interdum ad contrarium eius, quod verbum simplex significat, porrigitur, *verleeren*, *verbieden*, *vergeten*. (238)

4°. Iterationem indicat *verschrijven*, *vergeven*, *verbouwen*, quibus tamen magis corrigendi iam facta, quam nova faciendi vis inest, ut magis cum praepositione *over* hoc sensu sumta, quam cum particula *her* conveniant.

5°. Denique in iis interdum magis peculiariter vis praepositionis *voor* adesse videtur, in quibus olim etiam *veur* vel *voor* fuit dictum v. c. *verschieten*, *verzorgen*, *verbeelden*. (239) — Discedimus ab hac particula, contractionem observantes, qua, *e* omisso, pro *vereten* dicitur *vreten*, pro *vereeding vrede* etc. (240)

IV. *Her*. Haec particula in cognatis linguis antiquis non reperitur, (241) unde CATENIUS eam recentioris originis putat et quidem eiusdem cum nostro *er*, quocum saepe etiam significatione convenit: nam ut peregrinum putemus, forma non permittit. Dici quidem posset, per literarum commutationem pro *re* Latinorum *er*, et, praefixo *h*, *her* dictum fuisse: sed nullum illius *re*, quod antecedere debuisset, vestigium apparet, neque *er*, unde *her* ortum esset, universe significationem Latini illius *re* habet. KILIANUS Flandris et Hollandis *er* dici tradit, quod Brabantis *her*: et in Germanorum quoque lingua et *er* et *her* invenitur, sed alio usu: scilicet *her* apud illos non habet iterandi potestatem. Igitur usu nostro *her* tributam eam esse, putaverim. Constans autem nobis est consuetudo, ut, cuicunque verbo *her* praefigamus, in illo *rursus*, *iterum*, *de novo*, significet, (242) *hermaken*, *herdenken*, *herkomen*, *herkomst*, id est *wederkomst*, quae vox non confundenda cum *herkomst*, origo, progenies, in qua, uti *in herwaard* et aliis, *her* non illa particula praefixa est, sed pro *hier* nostro usurpatur.

V. *Er*. Statim hanc particulam subiungimus, quoniam ei cum antecedentibus magna est coniunctio. Nimirum originem aeque ignoramus, et ex cognatis linguis sola est convenientia cum Fr. Th. *ar*, *er* vel *ir* et Germ. *er*: sed con-

(238) De huius verbi simplici forma v. WEIL. v. vergeten. (239) CATEN. p. 55. HUYD. Pr. I. p. 477. (240) Cf. CAT. p. 55 et 63. BILD. p. 358. (241) CAT. p. 58. (242) WEILAND Gramm. p. 193. KILIAN. in v.

iunctio illa in fignificatione apparet. Quum enim de *be*, *ver*, *her* dixerimus, fimul de *er* dictum est, ut tantum illa advocare opus fit. Etenim paucae nobis funt voces ab illa incipientes, et ex his iterum paucas hodiernus ufus admittit: ita olim *ervinden*, *erdichten* fcribebant, pro quo nunc *bevinden*, *verdichten*, hodie autem *erneren* idem est, quod *generen*, *erinneren* et *erkaauwen*, quod *herinneren*, *herkaauwen*, *ervaren*, quod *vervaren*. Superfunt autem, quibus *er* praefigitur, quod quidem fciam, tantum tria, *erbarmen*, *erkennen* et *erlangen*; quorum primum per vim confirmantem particulae *ver* aptisfime explicari posfit, duo posteriora per voces *bekennen* et *bereiken*. *Bekennen* enim et *erkennen* idem fignificant, et ufus tantum ita distinguit, ut prius magis de invito et in malam, alterum vero in bonam partem et de volente dicatur. Uti autem *reiken* idem fignificat ac *langen*, quod in communi fermone interdum auditur, (243) ita et *bereiken* et *erlangen* asfequi, impetrare fignificat, quum in hoc forte quamdam virium intentionem adiiciat ufus. Igitur huius vocis tractatio argumento infervire potest arctae inter particulas cognationi, quam faepius deprehendere licet: ita HOOFTIUS *zich beledigen* inquit, ubi nos *zich verledigen*, COORNHERTIUS *onbevoelijck*, *ghedinghe* pro hodierno *ongevoelig*, *beding*.

VI. *On*, *ont*. *Ont* in dialectis Teutonicis *and*, *und*, *int*, *ond*, *on*, *un* fonat. CATENIUS tamen cum nostro *on* cognatum esfe non putat. (243*) Cum hoc enim *on*, *un* in cognatis linguis antiquis convenire ait, quod Germanice etiam *ohn* dicitur, et a VONDELIO *oon* dicente adhuc ufurpatur. Hoc autem cognationi non obftat, quum etiam quae in illis linguis nostro *on* et *ont* refpondent cognata posfint esfe, et, etiamfi non fint, in nostra tamen lingua cognatio inter *on* et *ont* obtinere potest, ut hoc ab illo exftiterit. (244) Pro qua fententia mihi quidem fatis gravia argumenta pugnare videntur. Nam verbis nostris olim etiam *on* praefigebatur eodem plane fenfu, quo nunc (245) *ont* dicimus: ita apud KILIANUM *de weghen on-vrijen* occurrit, id est obfidere itinera, minus tuta ea reddere (quod nunc

---

(243) WEIL. v. *langen*. (243*) p. 59. (244) Forte BILDERDYKII auctoritate me tueri posfum, p. 249. Verbum *on-moeijen* ufurpantis, quum fecundum CATENIUM *on* numquam verba praecedat. (245) Complura exempla habet WEIL. v. *on*. Etiam *wan*, quod eiusdem originis esfe in fine huius fect. ostendam, hodieque in verbis *wantrouwen* et *wanhoopen* adest, olim autem faepius occurrebat *wandeelen*, *wanhagen*, *wanklagen* etc. cf. KILIAN.

ontvrijen dicitur) (246)) aliaque: tum vero etiam principium significationis convenit, id est et *on* et *ont* abſentiam indicat. Univerſe quidem *on* defectum indicat, *ont* privationem eius, quod existit: (247) ſed ex rei natura ſequitur haec differentia. Nam hoc omnino negari nequit, omni verbo eam vim ineſſe, ut aliquid fiat: (248) ſin vero *on* vel *ont* (quorum utrumque verbis adiectum vidimus) defectus vi veniens, adeoque *non niet* ſignificans verbo adiiciatur, omnino nil fit, *ontheiligen* v. g. eo caſu *niet heiligen* indicat, ut autem actionem verbi non obtinere ſignificemus, minime verbum fingendum est, quod verbum non est, ſed verbo negans qualitas (vg. *niet*) adiicienda est. Hoc maiores intellexiſſe videntur, ſaltem pauciſſima contraria ſunt exempla, *onbetamen* v. g. et etiam, quibus adhuc utimur, *ondeugende*, *onwetende* etc. Scil. infinita quidem ſunt exempla, ubi participium praeteritum cum *on* componitur, v. c. (249) *onbezet*, *onbezorgd*, *ongewijd:* verum, ut haec ad ſimpliciorem formam reducamus, non fingenda verba *onbezetten*, *onbezorgen*, *onwijden*, ſed dicendum, participiis praeteritis verborum *bezetten* etc. adiective ſumtis adiectum fuiſſe *on*. Igitur hic ceſſat, quam diximus, ratio: nam illo participio non ſignificatur quod fit, ſed quod factum quidem fuit, verum iam ita est: participio vero praeſenti illud, quod fit, indicatur et adest prohibitionis ratio, unde omnino cum ALEWYNO et WEILANDO (250) *onveranderende genade*, *onbepalend lidwoord*, alia, minus recte, ſaltem minus proprie dicta existimem. Quum igitur hoc ſenſu tolerari non poſſet, alia potestate particula *on* verbis fuit adhibita, et ipſius indoli conveniente, neque verborum naturae contraria: nimirum, ut privando in alium ſtatum transponeret et detrectaret illi conditioni, quam verbum ſimplex indicaret. Igitur ſignificatio utriusque particulae cognationem admittit. Quod ſi vero ſimul memoria uſum τοῦ *on* pro *ont* reputemus, quo *zich onſchuldigen* pro *zich ontſchuldigen* dicit HOOFTIUS (et multa huiusmodi apud eundem aut alios occurrunt, (250*) uti etiamnum *verontheiligen*, *verontrusten*, ſed etiam *veronedelen*, *veronachzamen* dicimus, et

---

(246) WEILAND in v. *ontvrijen*. (247) Ut vg. *ongewijd* ſit, quod non est conſecratum, *ontwijd* quod conſecratum erat, ſed per factum τοῦ *ontwijden* non amplius tale est. (248) *Fieri* ſumas latiſſimo ſenſu. (249) Similiter Latine quidem inauratus, inſcriptus, inſuetus dicitur pro non auratus, non ſcriptus, non ſuetus; ſed in verbis inaurare, inſcribere, inſueſcere numquam haec negandi vis adest. (250) WEILAND v. *on*. (250*) v. HUYD. ad St. II. p. 254.

quemadmodum in communi ſermone interdum, ſi ſequens litera hoc admittat, *on* pronunciamus, ubi *ont* ſcribimus:) ſi porro his iungamus, quam male ſonet *onzien*, *onzag*, *onhouden*, *onbinden*, et ſi denique ex hiſtoria noſtrae linguae ſciamus, ſaepius literam *t* ad ſuſtentandam pronunciationem inſertam fuiſſe, (251) accedente hoc loco diſtinctionis ratione: forte non immerito paululum a CATENIO diſceſſiſſe videbor. Iam accuratius de utriusque particulae ſignificatione videamus. *On* ſubſtantivis, adiectivis, participiis et adverbiis praefigitur. Propria eius vis est negativa, abſentiam praecipui vocabuli indicans, *ontelbaar*, *onlangs*, *onbuigzaamheid*. Hinc procedunt duae aliae, ut nimirum non ita quidem abſentia, quam potius contrarium ſignificetur, *onrecht*, *ongeduldig*, vel ut vocabulum per ſe aliquid non malum ſignificans, *dier*, *kruid*, adiecto *on* in malam partem accipiatur, *ondier*, *onkruid:* (252) quae ita plerumque ſumuntur, ac ſi nomine *dier* et *kruid* indigna eſſent. Huc pertinet vox *onkosten:* cum enim ſimplex *kosten* iam ſumtus, impenſas ſignificet, vi ſua adiectum *on* inutilium et moleſtorum ſumtuum ideam ſuggerit. *Ont* vero, quod tantum verbis et vocabulis inde deductis praeponitur, primum quidem ſimplicem privationem ſignificare videtur in *ontkleeden*, *onthoofden*, aliis. Secundo ſolutionem ex praeſente conditione indicat (253) in *ontknoopen*, *ontdooijen*, qua ſignificatione interdum pleonaſtice vel ad confirmationem verbo cuidam adiicitur, cui iam natura ſua vis aderat, quam *ont* reliquis verbis tribuit, *ontblooten*, *ontſchaken*. Deinde vim habet cum effectu evitandi in *ontduiken*, *ontglippen*, vel univerſe verbo ſuo huiusmodi vim tribuit, ut actio quodammodo ex loco fiat *ontvangen*, *ontbieden*. Denique haec ſignificatio ad rei initium reſtringitur, quo ſenſu dicimus *ontbranden*, *ontſtaan*. Ex quibus videmus, ſi a prima ſignificatione recedatur, *on* plerumque ſignificationem extendere, quum *ont* eam ſaepius remittat et adeo remittere debeat, quoniam ad non exiſtendi ſignificationem non extendenda eſt.

WEILANDUS (253*) praeter has praefixas particulas etiam *and* vel *ant*, *mis* et *wan* recenſet. Harum prima in ſolo *antwoorden* nobis ſupereſt, quaſi *tegen-*

---

(251) SIEGENB. Verh. o d. N. S. p. 232. ſq. (252) Pro quo apud HOOFT N. H. B. IV. bl. 153. *quaadkruidt* invenimus. (253) WEILAND v. *on*. (253*) Gramm. p. 194.

woorden. (254) Quum autem reliquae particulae nostrae, ſi verbo iungantur, in praeterito participio augmentum non recipiant, tamen *antwoorden* facit *geantwoord.* (255) Neque reliquae ambae in nostrum propoſitum cadunt: *mis* enim modo a verbo ſuo ſeparatur, modo non: igitur ad particulas non pertinet. (256) *Wan* autem non adeo frequens est: ſed quando occurrit, valet *on:* (257) quin etiam in nonnullis vocabulis et *wan* et *on* dicitur, *wanorde* et *onorde*, *wanhout* et *onhout*; ut plerumque nulla ſit ſignificationis differentia, ſin autem ſit aliqua, *wan* magis accedit ad aliquid malum indicandum, *on* ad illud ſignificandum, quod non est, uti in *wangebruik* et *ongebruik*. Significationis ſimilitudo ex communi origine repetenda est: nimirum litera *w* inſigniter fugax est et pronunciando facile aſſumitur et perit: quod multis exemplis probat BILDERDYKIUS (258) et ex linquarum comparatione ita adſtruit, ut vix dubitari poſſit, quin *wandaad* et *ondaad*, *wanorde* et *onorde*, quae nominatim recenſet, unum idemque ſit.

---

(254) WEILAND v. *antwoord.* WACHTER v. *and.* (255) Cuius rei haec cauſa videtur, quod ſolum *and* accentum recipiat, quum reliquae particulae illum reiiciant; conf. ADEL. I. p. 859. (256) Secundum ea, quae dixi § 15. De hac voce ſatis ample agit WEILAND in v., ADELUNG, I, 859. ſq. (257) Quam ſignificationem confirmat obſoletum adiectivum *wan*, de quo vid. KIL. et WEIL. in v. (258) p. 370. ſqq. cf. Spraakk. opmerk. in Rec. der Rec. a. 1817. N. 6. p. 238.

CAPUT SECUNDUM.

De ratione et variis modis vocabulorum in lingua vernacula componendorum.

§ 17.

Vocabulorum compositio tum obtinet, quando ex duobus aut pluribus integris unum novum formatur. Quae res multas habet cautiones: nam illa vocabula, ex quibus aliud conflare volumus, striotiore sensu vocabula esse debent, id est, claras notiones et perspicuas exprimere. Nimirum huc pertinet derivationis a compositione difficillima sane distinctio, ut iure de ea laboraverit ADELUNGIUS. (258*) Solus enim perspicuitatis gradus eam efficit; unde necessaria est consequentia, saepius ita alteram ad alteram appropinquare, ut in ipso limite concertare videantur et utraque sibi easdem voces vindicare. Universe autem haec sit compositionis nota diacritica, ut tales demum voces compositas habeamus, in quibus singulae partes per se subsistere possint, adeoque integra magis vocabula sociata sint: sed si alterutra vox separatim spectata non quidem ipsa in usu sit, perspicue tamen a vocabulo usitato derivata, nihilominus erit compositio; itaque, si HOOFTIUS *baatzoekelijkheid* dicit, compositum habeamus. Sin vero olim quidem per se subsistere potuerint partes, sed iam alterutra non amplius possit, distinctione opus est: vel enim obtinebit derivatio, scilicet, quando particula praefixa aut terminatio adest; (259) vel dupli-

(258*) II. p. 212. (259) De quo magis ex professo egi capite praec. initio.

eo modo vox accipi poterit; si enim v. g. vocis *bruidegom* originem spectamus, sine dubio composita est; sin vero hodiernum usum, simplex, non quidem est, sed habetur. Quum autem etiam huiusmodi composita in vulgares, quas postea recensebo, classes cadant, (uti eadem illa vox ad classem compositorum, ex duobus substantivis pertinet) potius de illis non dicemus et magis perspicua exempla proferemus. Quod autem ad peregrina vocabula attinet, etiamsi origine sint composita, recte, opinor, in nostra lingua tamquam simplicia considerantur, uti *bisschop*.

Et hoc quidem modo singulorum vocabulorum diligens est ratio habenda.

§ 18.

Quod autem duo aut plura vocabula componi posse diximus, sine dubio verum est: ex *zee*, *visch* et *markt*, *zeevischmarkt* componimus, ex aliis alia. Sed aliqua hinc oritur controversia, nimirum an cum (260) ADELUNGIO dicendum sit proprie duo tantum vocabula componi. Hic enim, summus profecto in Grammaticis Germanis, quamvis aliqua compositio ex pluribus vocabulis consistat, ex duobus tantum componi affirmat, duasque semper partes habere; et quidem hanc ob causam, quod non uno eodemque tempore plura illa in unum sint coniuncta: nam, quum ex duobus iam antea unum vocabulum ortum esset, huic uni vocabulo deinde alterum accedere contendit, quod et ipsum vel simplex esse potest, vel ex duobus aut pluribus compositum. Exemplum illustrationis causa apponamus; vox *postmeester* antea usu recepta erat, quam *veld* accederet, ut *veldpostmeester* oriretur. Hinc sequitur secundum ADELUNGIUM, vocem accedentem *veld* non definire solam proxime sequentem vocem *post*, sed totum vocabulum *postmeester*. Hoc quidem in dato exemplo et plerumque procedit; interdum tamen pars compositionis prima non totam secundam partem definit, sed tantummodo primum huius secundae partis vocabulum. (261) Iam necesse est, ut, si vox composita occurrat, in qua haec regula locum non habeat, illam nequeat admittere ADELUNGIUS: igitur improbat vg. vocem *kleinuurwerkmaker* quia, cum *kleinuurwerk* tam-

(260) L. II. p. 211. sq. (261) De his agit ADELUNG II, 219.

quam compositum ignotum sit, necessario vox *klein* ad *uurwerkmaker* referri deberet; nam ex eius sententia ad solam vocem *uurwerk* respicere nequit, quoniam tunc tres in compositione partes essent, *klein*, *uurwerk* et *maker*. Quod ad Germanicam linguam attinet, cum ADELUNGIO, nisi analoga cum nostra lingua ratio sit, contendere nolim, quod autem ad vernaculam, nos saltem tam arctis finibus non cohiberi, gaudeo. Nam plerumque quidem hoc verum est, aliquod vocabulum ex pluribus compositum in duo posse resolvi; sed non haec nobis regula componendi est; contra quum illud sanctissime observemus, ut ultima vox a penultima, haec ab antepenultima definiatur, ita contingere potest, ut antepenultima ad ultimam pertinere non possit, quamvis recte adsit, quippe penultimam definiens; vg. quando *zoetekoekbakker* dicimus, nemo dulcem pistorem (*zoeten koekbakker*) intellexerit, licet *zoete koek* separatim, non coniunctim dicamus.

§ 19.

Ita sponte deducimur ad supremam compositionis legem; de qua modo dicebamus, enarrandam. „Lex autem maritandis vocibus, inquit GROTIUS, (262) haec dicta est, ut id, quod res ipsa esse dicitur, notetur posteriore vocabulo: id vero, quod rem possidet, aut quod eius usum habet, aut quod alio quovis modo ad eam pertinet, priores habeat partes." Quod aliis verbis ita enunciat SIEGENBEEKIUS: (263) verbum praecipuum aut rem ipsam postponi, praeponi autem illud, quod praecipuae partis significationem moderetur et definiat; quum, secundum hanc normam, in longioribus coniunctionibus semper illud vocabulum praeponatur, quod totius compositionis sensum magis definiat. Mox exemplo hoc illustrat, quod, cum aptissimum sit, etiam nos adhibeamus. In voce *veeartsenijkunstoefenschool*, *school* est pars praecipua simulque amplissimae significationis; thema verbi *oefenen* vocem *school* ita restringit, ut exercitio inserviat: praecedit *kunst*, quod cuiusnam generis exercitium significetur indicat: mox vocabulum *artsenij* generalem vocis *kunst* notionem uni alicui arti assignat; tandem vox *vee* primo loco venit atque tum vocem *artse-*

(262) H. GROT. Parall. R. Public. L. 3. pag. 67. ed. Meerman. cf. BILD. p. 59. (263) Rykd. etc. p. 111.

nijkunst, tum etiam totum compositum arctius determinat. ,,Cum igitur, pergit GROTIUS, cum igitur concrescunt plura duobus nomina, simili ratione accidit, ut id, quod posteriori attribuitur, habeat alterum prius attributum sibi, et, diversa ratione, diverso fungatur denominationis munere."

§ 20.

Neque tantum haec regula nullam habet exceptionem, sed aliter fieri non potest, quin semper obtineat. Hoc enim naturae nostrae linguae innatum est, ut semper vocabulum definiens definito praeponatur: itaque adiectivum substantivum praecedit, adverbium verbum; modo directo se invicem respiciant. Eadem ratione compositio se habet, et consequentiae prohibent, ne usus libido huius normae constantiam evertat. Quid enim, si vox definiens postponitur definitae? scilicet non manebit definiens, sed definita fiet, et, quae mox definiebatur, iam definiet. (264) Attendamus v. g. vocem *bouwland*: videmus, *land* esse ultimam compositi vocem, et simul scimus, eam principis instar esse aut reginae, *bouw* vero pedissequam usui eius inservientem. Iam sedes mutentur: statim vox *bouw* dominabitur, et *land* tantum, quaenam intelligenda sit culturae species, indicabit, ut nunc de agricultura sermo sit, quum mox ager culturae idoneus demonstraretur. Quod autem nonnulla composita utroque modo usurpantur, uti *wijsneus* et *neuswijs*, (265) *bedilal* et *albedil*, hoc raro accidit et tum demum contingere potest, quando notio, quae compositione exprimitur, eadem manet aut vix mutatur, sive haec vel illa compositi pars determinet, sive determinetur. (266) Simili modo quotidianus sermo voces *deugniet*, *vraagal*, *slokop*, alias (267) admittit: in quibus profecto, quamnam vocem postponas, vix ad significationem refert: quamvis, ne verum dicentes veritatem taceamus, propterea hae voces (uti et quam modo afferebam *bedilal*) minus linguae analogiae conveniant et ab omni graviore dictione aut scriptione exsulare debeant, quia in compositione vox praecipua numquam mutatur, hic autem par-

---

(264) WEIL. Gramm. pag. 39. nonnulla exempla habet: ingentem illorum copiam collegit ADELUNG L. 2. pag. 216. sqq. (265) WEILAND in v. *neuswijs*. (266) Cf. ADELUNG II, pag. 218. (267) Cf. WEILAND pag. 42. Grammat.

ticula in ſubſtantivum tranſit; (niſi haec omnia dictiones ſubſtantive adhibitas adeoque coniunctionis ſigno (-) copulandas, quam compoſitiones, dicere malis).

§ 21.

Quum enim in compoſitione ultima pars totius compoſiti notionem praecipuam contineat, hanc autem prima pars propius definiat, illa inmota conſiſtit, haec vero ſaepius formae mutationes admittit. Igitur, quaecunque ſit orationis pars, praecipua vox in compoſitis eadem manet: (268) cuius tamen regulae exceptio dici poſſit, quod ſubſtantiva ſaepisſime abſolute et adverbialiter uſurpantur, *eensdeels*, *anderwerf*, *ſomtijds*. (269) Hinc eadem manet flexio, et, ſi ſubſtantivum est, idem, quod antea; genus; niſi aut abuſus aut cum ſimili voce confuſio compoſitum ad aliud genus transtulerit, (270) cuius complura paſſim exempla profert BILDERDYKIUS. Sin vero etiam aliae occurrant mutationes, illae vel ex corruptione explicandae ſunt v. g. *pallast* pro *pollast*; *lantaarn* pro *landtore*, (271) vel ex contractione, uti *jonker*: quales contractiones facile oriri potuerunt, quum ultima compoſiti vox accentum perdat, quod non inutiliter ADELUNGIUS monet. (272) Nam in compoſitione vg. duorum vocabulorum, uti in *régtbank*, aeque ac in *bánkregt*, longe maior pronunciationis vis in primam partem cadit, (273) quae ſpeciem demonſtrat. (274). Idem valet de compoſitionibus ex pluribus vocalibus; quae ſi longiores, duae ſyllabae accentum retinent, *timmermanswérktuig*. Atque haec quidem de accentibus ſtrictim dicta ſufficiant. Quod autem ad primam compoſitionis partem attinet, frequentes in ea mutationes obtinent; ſimiliter enim corruptioni patet ac pars principalis, quomodo BILDERDYKIUS (275) *appelgraauw* ex Anglico *dabble gray*, *ſpatgraauw* corruptum exiſtimat. Genus ſi

(268) Cf. ADELUNG II. p. 247. § 572. (269) Cf. l. l. p. 222. (270) BILD. p. 59. (271) BILD. p. 168 et 361. De quaestione autem, num tales voces compoſitae habendae ſint, an minus, § 17. distinguendo egi. (272) II, p. 248. (273) CATENIUS II, 35. et ADELUNG II, p. 267. (274) Quamvis plurimae ſint exceptiones vg. *alwétend*, *afkeérig*, *drieëénigheid*, *barmhártig*, *grootáchtbaar*, quas omnes ordine enumerat ADELUNG pag. 268. ſqq, quamvis proprie nullum in tonum effectum habere compoſitionem, idem moneat. (275) P. 348.

habet, ſponte amittit, uti et flexionem: in primis autem, quot ſunt diverſae compoſitionis rationes, tot fere diverſi ſunt partem definientem cum definita coniungendi modi, ut v. g. ſi verbum prima compoſitionis pars ſit, modo infinitivi notam diacriticam abiiciat, ut radix tantum ſuperſit, modo eam retineat, quin et literam *ſ* asſumat; quare haec facilius in ipſa compoſitionum recenſione obſervare potero, quin et debeo, ſi repetitiones vitare velim. Quum autem, quid ſit compoſitio, qualisque eius natura et formationis ratio, viderimus, ad hanc ipſam recenſionem iam pergendum est.

§ 22.

Non tantum quot ſunt orationis partes, tot ſunt compoſitionis modi, ſed quaeque ex iis cum diverſis aliis compoſitionem patitur. Ne igitur nimis in hoc pelago vagemur, certa quaedam via tenenda est, ut maximum iter quam breviſſimo tempore perficiamus. Quum autem, ut vidimus, ultima cuiusque compoſiti pars praecipua ſit eique nomen det; deinceps videbimus, quotuplice modo ſingulae orationis partes praecipuam partem facientes per ſingulas determinentur: in qua enumeratione vulgarem partium orationis ordinem ſequemur. Primum igitur videndum, per quasnam orationis partes ſubſtantivum in compoſitione determinetur. Antea vero obſervandum, articulos numquam, niſi in caſu numeri III, praecipuam compoſitionis partem efficere. Idem de numeralibus valet. (276) Interiectionem autem, quippe ſeparatum plane vocabulorum genus conſtituentes, componi prorſus nequeunt. (277)

§ 23.

I. Subſtantivum. (278)

1° Subſtantivis ſaepisſime ſubſtantiva adiiciuntur et quidem, quamvis ſemper pars prior posteriorem circumſcribat, diverſisſima vi, quae in ſingulis

(276) Scilicet, quae numerum definitum indicant, niſi invicem iungantur v. g. *zestien:* nam quae indefinitum, adiectivis comprehendam. (277) BILD. p. 30. ſq. (278) Omittimus ſubſtantivorum cum articulo compoſitionem v. g. *duivel* pro *d'euvel* vel *d'euvele* etc. de quo BILD. p. 210. ſq. Ea enim non compoſita, ſed ſimplicia habemus.

compofitis ex fimplicium natura intelligenda est. Quodfi de fignificationum clasfibus quaeratur, eas conftituimus, prout aptisfime compofitum posfit explicari. Plerumque quidem hoc ita fieri potest, ut pars definiens, fi feiungitur, in genitivo cafu parti praecipuae apponatur, (279) quemodo *doodftraf* fignificat *ftraf des doods*, *handopening*, *opening der hand*, *wolfpinner*, *fpinner van wol*, quod tamen extremum exemplum, uti pleraque huiusmodi compofita, quorum pars posterior ex verbo activo est, etiam per accufativum potest explicari, *die wol fpint*. Sed faepisfime etiam haec vel illa praepofitio invocanda est *kerkgang*, *gang naar de kerk*, *halsdoek*, *doek voor den hals*, *luchtfchipper*, *fchipper in de lucht*. (280) Interdum verbo opus est et circumfcribendo demum compofitionis notionem accurate reddere posfumus, uti *kruisweg*, *weg*, *die een kruis gelijkt*, *bierglas*, *glas*, *om bier uit te drinken*. Quod vero ad formam attinet; videtur quidem antiquisfimo tempore huiusmodi fuisfe componendi ratio, ut non tantum praecipua vox, fed neque prior mutaretur, atque integra tantum fibi apponerentur vocabula, (281) quomodo plurima nostrae linguae compofita fe habent, veluti omnia, quibus hucusque exemplis ufi fumus. Deinde vero etiam cafus, nimirum genitivus fingularis numeri, compofitioni infervit, uti et pluralis numerus; prioris generis exempla fint *godsdienst*, *hongersnood*, vel genitivi in *en*, *heldenmoed*, *boevenftuk*; posterioris *paardenftal*, *zwijnenhoeder*. Sed primum quidem lubrica est inter genitivum fingularem et numerum pluralem distinctio; deinde fufficiens ratio vix detur, quare eodem fenfu in diverfis exemplis modo cafus rectus, modo obliquus adhibeatur: ita ut euphoniae fatis graves in compofitione partes, et analogia, in ipfis compofitis faepe turbata videatur. Quidquid fit, mihi quidem fufficit ADELUNGII fententia (282) quod, fi quis a Grammaticis petit, ut his omnibus formis regulas ftatuat, id petit, quod non intelligit: quia nullae regulae obtinent ubi clarus intellectus et diligens analogiae obfervatio deficit.

2° Subftantivum cum adiectivo. Quum extra compofitionem adiectivum praecedere foleat fubftantivum illudque determinare, non adeo infignis utilitatis est haec compofitio. Quando obtinet, abiiciuntur omnia flexionis figna; igitur *hoog-*

---

(279) Cf. ADELUNG II, 323. fq. (280) De hac voce v. Cl. LULOFS Schets p. 207. (281) Cf. ADELUNG p. 234. (282) II, pag. 241.

moed dicimus; *nieuwjaar*, *geheimraad*, quamvis retineantur; ubi, omissa per breviloquentiam aliqua voce, verba flexa componuntur, quorum flexio pendet ab ipsa voce omissa, v. c. *allerheiligen*.

3° Substantivum cum pronomine unico coniungitur *zelfmoord*, *zelfvertrouwen*, ut significatio semper quidem ad substantivum referatur, sed diversa fit pro diversa huius indole, *vertrouwen op*, *haat jegens zich zelven*.

4° Cum verbo componitur, vel accuratius cum verbi radice, abiecta infinitivi terminatione. Significatio tum vel activo sensu in substantivum transit, ut actio significetur, *draagband*, *band*, *die draagt*, vel passivo aut neutro etiam, ut scopus et usus indicetur, *leerlust*, *lust*, *om te leeren*, *drinkgeld*, *geld*, *om voor te drinken*, *bedenktijd*, *tijd*, *om zich te bedenken*, *rijbaan*, *baan*, *om in te rijden*.

5° Cum particulis orationis, quas brevitatis caussa uno loco comprehendemus, id est numeralibus, *drievoet*, adverbiis, *welstand*, *harddraverij*, ubi *hard* adverbium est, quia vox a verbo *harddraven* oritur: (283) praepositionibus, *bijgeloof*.

6° Quando in constructione verbo cuidam aut substantivum aut adverbium adiicitur, *storm loopen*, *zuur zien*, si infinitivus substantive sumitur et articulus vel pronomen praepositum, ad totam dictionem pertinet, (284) nascitur substantivum compositum *het stormloopen*, *het zuurzien:* idem obtinet in substantivis derivatis in *ing*, *schadeloosstelling* a *schadeloos stellen*, *geheimhouding* a *geheim houden*. Sed habet suos terminos haec regula in communibus omnium compositionum legibus: igitur non recte dicitur *het heenenwedergaan*, (285) quia prima pars non determinat mediam; sed vel separatim scribendum *het heen en weder gaan*, vel per appositionem *het heen- en wedergaan*.

7° Simili modo, etiamsi separatim scribatur, *oude mannen*, *oude kleeren*, *witte wijn*, *zoete koek;* tamen huiusmodi dictiones, si cum alio substantivo componuntur; etiam ipsae conglutinantur, ut dicamus *oudemannenhuis*, *wittewijnglas*, *oudekleerenmarkt*: si vero *oude kleerenmarkt* scribitur, alia plane est significatio. Atque hicce quidem plura vocabula cum substantivo coniungendi modus notatu dignus est: infiniti sunt reliqui, quibus tria, quatuor, quin-

---

(283) SIEGENB. Rijkdom enz. p. 115. de voce *traagkruiper*. (284) Cf. ADELUNG II, p. 255. WEILAND Gr. p. 43. (285) Cf. ADELUNG II, 255. WEILAND Gramm. p. 40.

que vocabula, quorum ultimum ſubſtantivum est, coniungimus, ſive omnia ſubſtantiva ſint, ſive adiectiva, verborum radices aut adverbia quocunque loco intercedant. Sed facilis admodum harum compoſitionum est ratio, modo ſumma componendi regula, quam ſupra expoſuimus, bene teneatur: igitur exemplis quibusdam defungi licebit: *volkstongvallen*, *woordafleidkunde*, *woordzamenſtelling*, *overgrootvader*, *ſtaatshuishoudkunde*, *ſcheepstimmermanswerktuig* etc.

8° Denique memorandae ſunt huiusmodi compoſitiones, quae ipſa compoſitione ſubſtantiva fiunt, *welkom*, *weetniet*; ſed de illis iam dictum est in fine § 20.

II. Adiectiva.

1° Subſtantivis nectuntur (286) et duplice quidem ſignificatione: vel enim ſubſtantivum ſubiectum exprimit, circum quod verſatur adiectivum, ut *krachtvol*, *gunstrijk*, *godvergeten*, (287) *eerwaardig*, *hemelsgezind*; vel comparationem exprimit, (288) *ijzerſterk*, *goudgeel*, *hemelsblaauw*. Huc pertinent, in quibus pluralis numerus est, *ellenlang*, *mijlenwijd* etc. ſed tantummodo, quando definitus numerus non adiectus est: qui ſi adest, ſubſtantivum non amplius comparationi inſervit, adeoque compoſitio esſe nequit. Quando autem haec ſignificatio paululum a comparatione remittit, efficitur, ut altior tantum gradus ſignificetur, quo ſenſu ſaepe adhibentur *ijzerſterk*, *bloedwarm* etc. De tertio huius compoſitionis genere, quod nobis non ita uſitatum est, postea erit dicendi occaſio (§ 24).

2° Adiectiva adiectivis annectuntur, quo caſu nullam mutationem pars annexa ſubit, neque declinationem; igitur dicimus, *grootmoedig*, *halfjarig*, *vrijwillig*, *oudwijfsch*, etc.

3° Cum pronomine *zelf* componuntur: ita olim *zelfwasſen*, *zelfmaakte* etc. dicebatur et hodieque, *zelfbewust*, *zelfſtandig*.

4° Si verbum adiunctum est, vel, eiectis flexionis particulis, thema tantum relinquitur, *gedenkwaardig*, *eetgraag*, *winziek*; vel retenta terminatione

---

(286) Cf. ADELUNG II. p. 249. (287) De vi et activa et pasſiva participii praeteriti cf. WEILAND Taalk. Woord. Inl. p. 175. (288) Huc pertinet WEILANDI (Gramm. pag. 94.) obſervatio, in huiusmodi compoſitis non obtinere comparationis gradus, ſi prima pars tam accurate definita ſit, ut maior gradus cogitari nequeat, vg. *ſneeuwwit*, *ijskoud*, *beendroog*.

infinitivi, litera *s* insuper inferitur, *beminnens-wetens-noemenswaardig*. Analogice utroque modo recte dici, ostendunt utriusque exempla: usus autem modo hunc, modo illum elegit, euphoniae forte ratione habita. Si vero quaeratur de discrimine, quod proprie has formas distingueret; in eo quaerendum suspicer, quod, (quum casus rectus magis indefinitus sit, genitivus autem, ut reliqui casus obliqui, rem magis certo sensu et adspectu consideret,) thema magis universum quid indicet, genitivus autem infinitivi, (quum thema tamquam thema (289) non admittat declinationem) magis de certa quadam re, saltem strictius et magis definite accipiendus sit; ut hac ratione v. g. inter *gedenkwaardig* et *gedenkenswaardig* proprie distingui possit: *al wat het Vaderland gelukkigs overkomt is voor een echten Vaderlander gedenkwaardig*, *de vierdaagsche zeeslag is inzonderheid gedenkenswaardig*. Eandem distinctionem, quod ad propriam genitivi in compositis vim, forte non male etiam ad substantiva accommodaveris.

5° Cum numeralibus iunguntur adiectiva, uti, quod mode dicebamus, *vierdaagsch*, *driekantig*: cum adverbiis, *hedendaagsch*, *eensgezind*: praepositionibus, *bijgeloovig*, *buitenlandsch*, *opregt*.

III. Pronomina praecipue cum articulis iunguntur, *degene*, *dezelve*, *dezelfde*, *dewelke*, et *hetgene*, *hetzelve* etc. de quibus in primis notandum est, utramque partem regulariter declinari. Huius anomaliae, quae videri possit, (289*) causa est, quod propie *de gene*, *de zelve*, scribendum est. Maiores enim nostri huiusmodi vocabulis, quae nobis pro nominibus venire dicuntur, tanquam substantivis articulum definitum frequenter addebant, vg. *de deze*, *de sommige* etc. (290) Mox scribi coepit *degene*, etc., quae scribendi ratio, per negligentiam introducta, iam longissimi temporis praescriptione se tuetur. Est etiam ubi postponatur articulus, quomodo inversa constructione dicitur *elkeen*, *iedereen* etc. pro *een elk*, *een ieder* etc. Praeterea nonnulla vocabula in compositione vim pronominum accipiunt: ita *iemand*, quod ex *ie* aliquis et *man* compositum dicitur (291), quum vi ultimae partis substantivum esse deberet, sig-

---

(289) Nam si substantive adhibetur, vg. *de loop*, alia res est. (289*) Secundum dicta § 21. princ. (290) Cf. HUYDEC. *Proeve* etc. I. p. 195. Exempla ex Nibelungorum carmine habet Cl. LULOFS Rec. der Recens. D. XI. (1818.) N. 4. p. 163. (291) Cf. WEILAND in v.

nificatione in fubftantivi locum intrat et pronomen fit: eodem modo *elkander* (292) etc.

IV. Verbum primo quidem cum fubftantivis coniungitur, *handhaven*, *raadplegen*, *brandfchatten*; quo loco obfervari poteft, ufum omnia in his facere, hanc autem tenendam esfe regulam, ut fciamus, num, ubi fubftantivum praecedit verbum, cum eo coniungendum fit, nec ne: ut fi per omnes modos et tempora coniunctum maneat, (quod tum obtinere putat ADELUNGIUS (293) quando elliptica et figurata fignificatio est (294),) coniungendum, fin minus, non coniungendum fit, (295) adeoque non dicendum *ftormloopen*, *huishouden*, fed *ftorm loopen*, *huis houden*, quia dicimus *ik loop ftorm*, *ik houd huis*. Semper vero obtinet compofitio, ubi ex vocabulo, quod duobus fubftantivis conftat, verbum oritur, vg. *raadflagen*, a *raadflag*. (269) Sed de tota hac quaestione, quando compofitio obtineat, quando non; mox quaedam adiiciam.

2° Cum adverbiis, *liefkozen*, *volbrengen*.

3° Cum praepofitionibus infeperabilibus *achterhálen*, *onderhóuden*, *overwinnen*, tum et feparabilibus, *ónderhouden*, *tégengaan*, *bijblijven*, (297) quamquam in iis *ik hou onder*, *ga tegen*, *blijf bij* dicimus: quod quum etiam in adverbiis quibusdam obtineat vg. *wegloopen*, *terugkeeren*, post diuturnam in re difficillima inquifitionem cum ADELUNGIO (298) univerfe existimo, ibi maxime copulationem obtinuisfe, ubi elliptica esfet et figurata fignificatio. (299) Quod quum ad lectiores confequentias ducere posfit et, ipfo fatente ADELUNGIO, non in omnibus procedat, ad praefentem rem illam doctrinam fic accommodo: infinitivum, ut ipfum nomen arguit, generalem quamdam notionem indicare; igitur in infinitivis, ob ellipticum dicendi genus, verbo etiam ibi fociatum fuisfe adverbium aut praepofitionem, ubi in reliquis modis feparatio obtineret, aut in participio *ge* intercederet: et in ipfo adeo infinitivo cesfare compofitionem, quam primum *te* accederet et magis relativam dictionem efficeret;

---

(292) De hac voce cf. BILD. p. 267. (293) I, 858. II, 264. (294) De qua mox n°. 3°. (295) Si primus cafus obtinet *germanam*, fi fecundus *non germanam* compofitionem vocat ADELUNG I, 856. idque non tantum de fubftantivis, fed de omnibus verbi partibus definientibus. (296) Cf. ADEL. I, 859. (297) De his plura habet ADEL. I, p. 863. fqq. (298) I, 858. 864. (299) Unum exemplum illustrationis gratia adiicere liceat: in *volbrengen*, *volmaken*, (perficere) *voltrekken*, particulae *vol* derivata est fignificatio, id est *ten einde toe:* propria vero in *vol gieten*, *vol maken*, (implere) *vol fchenken* etc. cf. AD. I, 857.

quo modo *te rug te keeren* dicimus. Et haec quidem huius rei fit ratio, fi fufficiens aliqua dari posfit neque ufus, cuius ut ubique ita maxime in tota compofitione auctoritas est, (300) hoc, vel anfam praebente conftructione, (301) vel ex Latini fermonis imitatione effecerit: qui quum femper praepofitionem cum verbo fuo coniungat, fieri potuit, ut etiam maiores, ubi permitteret conftructio, hoc fecerint. Sed quocunque modo res fe habeat, ultra quam ufus aperte voluit non focianda funt cum verbis adverbia et praepofitiones; primum enim plerumque non nifi in infinitivo hoc locum habet; deinde, etfi feparatio obtineat, nulla est conftructionis mutatio; denique eadem plane manet dictionis vis: unde apertum est, minimam utilitatem inde nostram linguam accipere, fi iunctim fcribatur *achteruitgaan*, *volgieten*, quum univerfe, fi, quae posteriore loco adduximus, argumenta locum habeant, inutilis omnis fit compofitio. Igitur cum WEILANDO et ADELUNGIO (302) fcribatur *te binnen brengen*, *overeen ftemmen*, *fchoon maken*, etc. neque illorum exemplum quis fequatur, qui totas adverbiales dictiones cum verbo coniungunt, quo modo apud REITZIUM *vooraffchrijven*, *achteropbefchrijven* et fimilia invenimus. (303) Quum autem initio huius numeri accentus diverfitatem notaverim, verbo adiiciendum est, regulariter, uti et § 21. de fubftantivis vidimus, in partem definientem cadere accentum, verum in verbis tum ab hac regula recedi, fi *ge* in praeterito participio omittatur: hoc autem tunc plerumque fit, quando adverbium aut praepofitio est infeparabilis, *volbrágt*, *doorftóken*. (304)

V. Iam ad orationis minores partes accedendum est; cum ADELUNGIO autem (305) obfervandum, minores orationis partes tum ubique, tum hic etiam exceptiones facere, in primis ab illa regula, ut pars compofiti definita eadem maneat orationis pars. Ufus enim paulatim tamquam adverbia et coniunctiones multas dictiones et vocabulorum compofitiones confideravit, quae tales revera non erant, fed ufu postulante iam tales habendae funt. Agendum igitur est de praepofitionibus, adverbiis et coniunctionibus. (306)

---

(300) WEILAND pag. 43. (301) Quae partem verbum definientem in infinitivo femper ante verbum ponit atque fic admodum facilem reddit illius partis cum verbo compofitionem. (302) WEILAND p. 44. AD. II, 263. (303) Belg. Graec. p. 109. (304) AD. I, 859. fq. (305) II, 251. (306) De reliquis quare non agendum fit, videatur § 22. in f.

Quod ad praepofitiones attinet, hae fecum invicem frequenter iunguntur; *achteraan*, *achterop*, *rondom*, *voorbij* etc. fed, quod univerfe arctisfimum praepofitiones inter et adverbia vinculum esfe, monet WEILANDUS, (307) hoc ipfum indicio est, praepofitiones non compofitas faepe adverbialiter ufurpari, in primis autem hoc in compofitis ufu venire.

VI. Atque fic quidem iam unum ex plurimis compofitorum adverbiorum generibus vidimus: quo porro pertinent illae propofitionum compofitiones, quae fere non nifi adverbiorum loco veniunt, *intusfchen*, *vooraf*, etc. cuius hanc caufam dat ADELUNGIUS, (308) quod illa compofitione tempus et locus faltem relative definitur, adeoque perit ellipfis, quae fimplicem praepofitionem cum verbo fuo copulat. Sed omnium illorum generum enumeratio mihi non incumbit: nam quia de adiectivis dixi, omnia iam adverbia praeterire licet, quae etiam tamquam adiectiva ufurpantur: deinde neque de iis dictionibus agendum est, quae quidem adverbialiter adhibentur, fed non funt compofitiones, uti *van verre*, *heen en weder*, etc. Igitur ut ab omittendis ad enumeranda pergamus, adverbium ex duobus fubftantivis confistere potest, aut ex adiectivo et fubftantivo, quando plerumque genitivus cafus adhibetur tamquam abfolutus, cuius amantisfimos maiores nostros fuisfe, quam plurimae reliquiae ostendunt: (309) exempla funt *vraagswijze*, *geenszins*, *gelijkerwijs*, quamvis faepe etiam adverbium hoc modo compofitum fit, ut vel utroque vel alterutro loco abfit genitivus, v. c. *anderzins*, *andermaal* etc. (310) Porro adverbium cum adverbio componitur, *nimmermeer*, *veelmeer*, vel cum praepofitione, *vooral*; vel vicisfim praepofitio cum adverbio, *hierdoor*, *daarna*, vel adverbium ex dictione quadam contrahitur, *misfchien*, pro *magfchien*, *veelligt*, pro *'t viel ligt*; (311) vel ex fubftantivo et numerali, adverbio aut praepofitione oritur *driewerf*, *wederzijds*, *voormaals*. Et haec quidem, ne nimis taediofa fiat enumeratio, de adverbiis fufficiant, quum fatis fuperque nostrae linguae etiam hac in parte ubertatem demonftrent.

VIII. Neque coniunctionum minor est varietas; quae vel fecum invicem componuntur, ut *offchoon*, vel ex praepofitione et coniunctione existunt, *omdat*,

---

(307) Gramm. p. 192. (308) I, 866. (309) Cf. WEILAND p. 197. (310) Cf. de hoc genitivo adverbiali SIEGENB. Verb. o. d. Sp. p. 221. fq. (311) SIEGENB. l. l. pag. 206.

vel ex praepositione et pronomine, *naardien*, vel ex adverbio et praepositione, *daarom:* quo pertinent, *daarenboven*, *daarentegen*, inferta particula *en*, quam acute BILDERDYKIUS (312) cum Anglorum *on* comparat. Etiam coniunctiones quaedam verbales sunt, uti *vervolgens*, *uitgezonderd*; porro interdum componuntur ex adiectivo et substantivo, *middelerwijl*, et omnino (ne singulis vocibus explicandis, quemadmodum *terwijl* ex *te der wijl* ortum est, (313) et *nademaal* proprie *na den tijd* significat, (314) inhaereamus) iam a coniunctionibus quoque et a tota hac recensione desistere possum, ut nonnullis de componendi facultate et utilitate adiectis hocce caput absolvam.

§ 24.

Non tantum dimidia fere nostrorum vocabulorum pars composita est, (315) sed etiam ea facultate gaudet vernacula lingua, ut novas quotidie faciat compositiones. Sed omnino cavendum, ne hac facultate abutamur: nam, quum omne nimium noceat, ea, quam merito felicitatem praedicamus, infelicitas nostrae linguae existere possit, nisi recte componamus; quod ut fiat, universe quidem analogiam eorum vocabulorum sequi debemus, quae composita invenimus v. g. cum verbis non connectamus substantiva, si mox extra modum infinitivum ea disiungere debemus; quamvis in praepositionibus, si simplices sunt et non compositae, hoc licere vidimus. Eandem analogiam sequamur in flexionis particulis vel abiiciendis vel assumendis: itaque in substantivorum compositione partem definientem, si sensus hoc fert, in genitivi casu recte adiungemus, (316) quando extra compositionem idem ille casus adhibendus esset, vg. *bruidskleed*, id est *het kleed van de bruid*. In primis autem auream illam compositionis regulam observare debemus *prior pars definiat*, *posterior definiatur*: sic facile illis compositionibus carebimus, in quibus altera pars aut non, (317) aut obscure alteram determinat. (318) Praecipuus autem eius regulae usus est, ut a compositione discernatur *appositio*; si igitur duo substantiva, omissa coniunctione *en*, iuxta se invicem ponimus, v. c. *keizerin koningin*, *vorst bisschop*, ne tamen ea compona-

(312) Pag. 346. 347. (313) WEILAND v. *ter*. (314) BILD. p. 152. (315) ADEL. II, 211. (316) AD. II, 241. (317) AD. II. pag. 260. (318) AD. pag. 220. sq.

mus; utrumque enim per ſe conſiſtit, neque alterum cum altero quidquam, niſi conſtructionem, commune habet; quia etiam, ſi communis adest articulus vel pronomen, coniunctionis ſignum (-) interere licebit, *de keizerin-koningin*; componere non licebit. (319) Eandem ob cauſam in caſibus obliquis utrumque declinabitur, quamvis, ſi adiectivorum ſit appoſitio, quorum eadem est declinatio, ultimum tantum declinatur, v. c. *de keizerlijk- koninglijke regten*; interdum etiam, ſi eadem est derivationis terminatio, in priore voce omittitur, ut *vorst-bisſchoplijk*: abest nihilominus compoſitio. Eadem ratione coniunctionis ſigno uti debemus, ubi duo plurave ſubſtantiva aut adiectiva, eandem definitam partem habentia et coniunctione copulata, ita ſibi invicem apponimus, ut evitandae repetitionis cauſa ſemel tantum et ultimo quidem loco partem illam definitam adhibeamus: *taal- en dichtkunde*, *noch ouder- noch kinderliefde*, *goud- en zilverbergwerk*, *bom- en kogelurij*: (320) quas voces ſi componimus, duplex erit vitium; primum quidem, quod coniunctio intrat, quae ſimilem tantum relationem indicat, ſed nil ulterius, adeoque conglutinationem diverſarum idearum prohibet; (321) (quae eadem cauſa est, cur ſcribamus *een en twintig*, *de een en twintigſte* (322)) tum vero in primis, quod prima pars ultimam quidem, non vero mediam definit. (323) — Duo adhuc obſervanda ſuperſunt, ne aures laedantur et obſcuritas oriatur. Quod ad primum attinet, ſi plura vocabula componimus, quorum ſingula duas vel plures habent ſyllabas, interdum ex conſonantium in vernacula ubertate accidit, ut dura et aspera ex compoſitione ſiat pronunciatio; exemplum praebet Vir Cl. LULOFS, (324) *heerenverlustigingswoning*: qualis asperitas ſaepe etiam ex ſimilium conſonantium concurſu oritur, veluti *ſcherpſchuttersgezelſchap*. Sed facile admodum est remedium: nimirum, ut non utamur compoſitione et parva periphraſi idem efficiamus, *woning van verlustiging voor heeren*, vel *verlustigingswoning voor heeren*, *gezelſchap van ſcherpſchutters*. Quod vero ad obſcuritatem attinet;

---

(319) AD. pag. 216. 229. ſq. (320) Ita etiam, inverſa ratione, ubi in duobus compoſitis conſtructione copulatis eadem est pars definiens, huius repetitionem copulationis ſigno vitare posſumus: *zelfswaarde en-gevoel*: quae ſi componimus, neque pars media ultimam determinat, neque pars prima et media coniunctim, (quod ſufficere vidimus § 18). (321) ADELUNG II, 255. WEIL. Gramm. p. 44. (322) ADEL. II, 256. ſq. (323) ADEL. II, 228. (324) Schets, p. 206.

magni profecto momenti est, ut facilis fit eorum, quae aut dicuntur aut scribuntur, intellectus: sed ne nimis, quam oportet, hoc ad compositionem accommodemus; huius enim, ut vidimus, ea natura est, ut plerumque in figuratis et ellipticis significationibus obtineat. Igitur tantummodo cavendum est, ne nimia fiat ellipsis aut e longinquo petatur figura. Quod si tenemus, nullam profecto rationem video, cur ADELUNGIUS (325) (et alii etiam) (326) adeo acerbe in illud compositionis genus invehatur, quod substantivum et adiectivum aut substantivum et participium omissa praepositione complectitur; ita Germanice dicitur *die Wellenumbrauste Insel*, *het eiland ombruist van de golven*; *die Donnerschwangere Wolke*, *de donderzwangere wolk*, cui compositioni vix intelligo, quaenam alia possit significatio subesse, quam *zwanger van donder*. Praeterea in ipsa Germanica lingua huius generis exempla quaedam antiqua inveniuntur, ut *kunsterfahren*, *dienstergeben*, *dienstwillig*, ipso narrante ADELUNGIO, (327) unde non novum esse apparet, quod modo dicebam, compositionis genus, sed alio modo adhibitum, id est, ut poësis insignes inde vires et altum spiritum possit colligere. Accedit quod, uti de nostra vidimus, etiam in Germanica lingua multa adsunt substantiva composita, quae non nisi ope praepositionis explicari possunt: exempla iterum praebet ADELUNGIUS (328) *Gnadenwahl*, *eine Wahl aus Gnade*, *Kirchgang*, *Gang zur Kirche* etc. quare autem idem in adiectivis non possit obtinere? Tum vero etiam in cognatis linguis exempla non desunt, ita Anglice *blood-stained* (*bloedbezoedeld*) etc. Danice *Lynslaaet* (*bliksem getroffen*) (329) — Ex his iam satis apparebit, etiam in nostra lingua hocce compositorum genus admitti posse: quin iam adsunt usu trita exempla, *dienstwillig*, vg. et quae plura recenset V. Cl. LULOFSIUS, (330) unde iure quodam a poëtis nostris exspectamus, ut sua carmina hoc quoque modo ornent et componendi, quam habent facultatem, praeeunte BILDERDYKIO, magis magisque in suos usus convertant.

---

(325) II, 266. (326) Cf. V. Cl. LULOFS, Schets p. 208. (327) l. l. (328) II, 233. (329) Cf. V. Cl. LULOFS, l. l. p. 208 et 243. (330) Voorrede der Vertaling van de Louise van Voss.

§ 25.

Iam de compositionis utilitate agendum, quae profecto non probanda, sed tantum explicanda est. Scilicet nulla est lingua, quin vocabula longe deficiant cogitationibus exprimendis: cui defectui ut, quantum fieri posset, succurreretur, duo in primis remedia sunt adhibita, significationis metaphora, et vocabulorum compositio. (331) — Igitur vocem simplicem tum propria significatione usurpare possumus, tum translata etiam: qua ratione patrem non tantum eum dicimus, qui nos genuit, sed eum quoque, qui patris nobis loco est. In vocabulorum compositione autem non tantum utrumque propria significatione potest valere, ut in *rozenknop*, *rozenboom*, sed etiam vel alterum propria, alterum translata, quando virgines dictas accipimus *de rozengaard van 't minnegoodje*, vel translata utrumque, si legimus *de rozengeur van maagdelijke lippen;* quin etiam saepe accidit, ut comprehensio huiusmodi significationem accipiat, quae simplicibus non inest; qua ratione *oogenblik*, vel oculi nutum, vel temporis punctum significat. Hoc modo fit, ut unum idemque vocabulum tot diversis modis et relationibus adhibere possimus, ut vere dixerit GROTIUS „ita fieri, ut res nulla inveniatur, quae non, si velis, proprium nomen inveniat" — et, „non magis verborum apud nos, quam cogitationum finem esse." (332) Neque profecto haec facultas tam magnam haberet utilitatem, si eruditi tantum verba nova facere possent, neque in communem usum ita caderet compositio, ut statim nova idea etiam novo vocabulo a quocunque exprimi posset: sed vere iterum GROTIUS „nec ad quaerendum solertia aut industria opus est. Artem istam tunc didicimus, cum didicimus loqui; simulque imitari voces, et facere incepimus. Saepe pueris, inter ludicra et iocos, nec cogitantibus excidunt vocabula nova quidem, sed nulla novitatis specie, quae non intelliguntur modo, sed audiuntur haud aliter, quam usitata." Si autem, quanti sit brevitas ad orationis facilitatem, attendamus citioremque intelligentiam et temporis compendium, insignia etiam hac in parte praestat compositio. Praepositionum enim, articulorum, etiam flexionum et multarum explicationum ambages praeciduntur. Sed, quod admirabile est, nullo

---

(331) Cf. CATEN. II, p. 25. (332) GROTIUS Parall. III, p. 67.

tamen perſpicuitatis detrimento; ipſe enim in compoſitione verborum ordo ſignificationem manifeste indicat, ut concinna illa brevitas oriatur, quae ſola orationem ſupra quotidianum ſermonem evehere eiusque vires intendere poſſit. Percurramus tantum omnes componendi modos, attendamus vg., de qua modo dictum fuit, ſubſtantivi cum adiectivo, omiſſa praepoſitione, coniunctio: num quis pulchram atque concinnam illam eſſe negaret, aut, tamquam in tabula, rei veritatem pingere et perfecte exprimere inficias ire poſſet? Verbo; eiiciamus ex aliqua ſententia compoſitiones et, niſi penitus nulla ſit, langueſcet ſaltem et morienti ſimilis erit. Neque iam opus eſſe puto, ut, quantum in poëſi valeat compoſitio, nominatim moneam. Nostros poëtas evolve praeſtantiſſimos; ubique compoſita tibi occurrent gratiſſima, quaeque picturam poëticam eximie iuvant et fulciunt. (333) Neque ſingula tantum invenies, ſed totos verſus iis conſtantes, ut mireris linguae ubertatem, quamquam, iudice DE VRIES, (334) quod ad poëſin attinet, interdum nimis hac in re ſibi indulſerint poëtae. Quidquid huius rei ſit, ut linguae copias in compoſitione oſtendam, optimum erit, ut huiusmodi compoſitorum cumulationes afferam; quarum quidem copia me electionis in opem facit; nullum enim est poeſeos argumentum, quin compoſitorum vi illud ornatum videamus. Quum autem in excelſo genere facilior videatur uſus, ex quotidiano ſermone ſequens verborum flumen ex CATSIO (335) deſcribamus:

Fy! moey-al, roert-de-pot, sout-klyver; vrouwe-quelder,
Fy! tayaert, feuteraer, gruys-ſifter, gorte-teller,
  Fy! pot-lys, keucken-vooght, moes-wryver, hinne-vaer;
  Fy! pluyſer, al-beſchick, fy rechte duymelaer:
Het wijf is niet alleen, om uwen lust te ſtelpen,
Maer boven al gemaeckt, om u te mogen helpen.

---

(333) „hoe geſchikt zij door hare vatbaarheid voor zamenſtelling is voor Poëzij, welke laatſte, naar mate zij zich korter en raſſer kan uitdrukken, des te levendiger en ſchilderachtiger wordt." LULOFS Schets p. 61. (334) Verh. over de Ned. Dichtkunst in de Werken der Bat. Maatſch. van Taal- en Dichtkunde D. 4. p. 350. (335) Houwel. IV. ſive *Vrouwe* initio.

tum vero ſequens ſuavisſimum Epithalamii initium nobis alterum ſit documentum: (336)

Vuur-en vlam-en levenwekſter!
  Stookſter van het jeugdig bloed!
Harteboeiſter, Zieletrekſter!
  Zachte ſtreelſter van 't gemoed!
Smartverdrijfſter! Mirtheſtrooiſter!
  Wellustteelſter zoet van aert!
Lachebekje! Bruidsbedtooiſter!
  Honigzeemtje! Rozengaerd!
Huw'lijksliefde, ſtrijk hier neder. (337)

---

(336) Quod invenitur in Taalk. B. II. D. p. 46. et ſubſcriptum erat: F. v. LELYVELD.

(337) Tria alia exempla praebet REITZ Belg. Gr. p. 554. ſq. cf. VONDEL Poëzye D. I. bl. 137 et 138. cit. a DE VRIES l. l. POOT l. I. bl. 24. cit. a SIEG. Rykd. p. 118. CATS Geest. Houw. in f. et Spoock-Liefde initio, quibus locis in alios iterum fines compoſita cumulat. Caeterum plurima exempla ex poëtis nostris collegit PETRUS PORRATIUS in Carm. continuat. Cf. Taalk. B. I. I.

CAPUT TERTIUM.

De vernaculae prae nonnullis aliis Europae linguis in derivatione et compositione praestantia et cum Graeca consensu.

SECTIO PRIMA.

De vernaculae prae nonnullis aliis Europae linguis in derivatione et compositione praestantia.

§ 26.

Linguae Europaeae hodiernae in tres potissimum classes dividi possunt, (338) Romanicam, Teutonicam, Slavonicam. *Romanica* linguam Francicam, Hispanicam, Italicam et Portugallicam comprehendit, quae medio aevo, in Europae occidentalis partibus meridionalibus, ex Latina lingua, ex vetustarum, quae in illis regionibus vernaculae erant, linguarum reliquiis et ex Teutonicis dialectis, quae posteriore tempore per victores septentrionales in eas regiones fuerunt traductae, conflatae sunt. (339) *Teutonica* classis Germanicam continet, Belgicam, Danicam, Suedicam, Norvegicam, Islandicam, Anglicam. *Slavonica*, Russorum, Polonorum aliorumque linguas complectitur. Quod autem ad linguarum comparationem attinet, quae iam instituen-

---

(338) Excipiuntur complures minus praecipuae, quas enumerat V. Cl. LULOFS Schets p. 1.
(339) Conf. LULOFS p. 2. et sq.

da ſuperest, ex quaestionis praeſcripto maxime quidem de Francica lingua erit agendum; de reliquis Romanicis quo minus agam, earum ignorantia prohibet. Ex communi tamen origine et formationis genere plura, quae de Francica dicentur, et de illis dici poſſe credo. De Slavonicis eadem ſilendi cauſa est. Ex Teutonicis linguis de ſola Anglica nonnulla dicam: haec enim, ut postea videbimus, per varios caſus et rerum discrimina multum a Teutonica praeſtantia deflexit. In reliquis nimia est cum vernaculo idiomate nativa ſimilitudo, quam ut ſeparatim de iis dicamus: nam communem originem omnis, tum linguarum, tum historiae cognitio ostendit et aeque communis hodieque est, de qua nunc dicendum, derivandi componendique facultas. Sin vero in hac vel illa minor huius facultatis uſus factus fuerit, magis populo, quam quidem linguae tribuendum est. Quod ne ita quis interpretetur, quaſi linguam aliquid per ſe ſubſiſtens putem, ut populi uſus nullam vim habeat; age, nostram cum Germanica lingua in quibusdam, quae ad praeſentem disputationem faciunt, partibus comparemus.

§ 27.

Germanorum particulae praefixae et terminationes a nostris fere non differunt: in omnibus autem, quas enumeravimus, ſolum *aard* praecipuum habemus. Venusta ſine dubio est nostra inter *drinker* et *dronkaard*, *veinzer* et *veinzaard* diſtinctio, (340) ſed forte, uti vidimus, fortuita, quum Germani etiam ſuum *art* adhibere poſſent. Quod vero ad compoſitionem, facile cuiusque, quem recenſui, componendi modi Germanica ſpecimina afferre poſſem. ADELUNGIUS quidem paſſim, ut ſupra vidimus, (341) componendi facultatem in Germanica lingua restringit, ſed caute ei hac in re fidendum est; neſcio enim, quo modo univerſe omni compoſitioni infestus videatur, unde debitas laudes, quasque iure, opinor, vindicavimus, ipſi denegat. Sed merito quis in Germanicâ lingua conſonantium horridam et inutilem ſaepe cumulationem culpaverit; quae, cum in ſimplicibus adſit, (342) in compoſitione hoc ſponte efficit, ut

---

(340) CAT. p. 80. (341) § 24. in f. et § 28. in f. (342) Cf. SIEG. Rykd. p. 140.

raucae ſint et vi quaſi ore debeant excuti. Lepide V. Cl. LULOFSIUS (343) Germanos hac de re perſtringit et exemplo confundit, cuius initium tantum ſpeciminis loco exhibebo: „Das Strick- oder Strumpfſtrickersgarn der Magd des Dorfſpfarrherrn brach." Revera nos Belgae, quorum linguae vel tanta flexibilitatis laus est, ut reliquas facillimo negotio addiscamus, totum os ad haec pronuncianda componere debemus. Sed magis ipſi Germani in eo culpandi ſunt, quod innumeras peregrinas voces admittant non tantum, ſed et ſuſcipiant atque lexicis foveant, (344) quaſi genuina esſent et ab ultimis inde temporibus Germanica civitate gaviſa. (345) In primis in philoſophia hoc manifestum est: ubi nos *denkbeeld*, Germani *Idee*, dicunt; ubi nos *onſtoffelijkheid*, illi *Immaterialität*; ubi nos distinguimus inter *prikkelbaarheid* et *prikkelvaardigheid*, Germani utroque et activo et pasſivo ſenſu *Irritabilität* uſurpant. (346) Haec ratio Teutonicâ linguâ indigna plane est, et aegre ferenda. Neque obiiciatur, nimis nos esſe linguae tenaces, commune esſe debere linguarum vinculum ac fraternum auxilium, nova vocabula interpretatione indigere, (347) et quae plura huius generis ſunt: nam et nos multa peregrina asſumſimus, ſed tum ea reiicere ſolemus, quando ſine perſpicuitatis detrimento ex proprio fonte vocabula idonea haurire posſumus: (348) ita pro *philoſooph*, iam *wijsgeer*, pro *historiën*, uti diligentisſimus vernaculae emendator HOOFTIUS adhuc ſuum opus inſcripſit, *geſchiedenisſen* dicimus, et pro *advokaat*, posſumus *pleitbezorger* aptisſime uſurpare. Germanorum itaque nimia est purae ſcriptionis negligentia; quam ſenſus internus, ſed ipſis ignotus, forte auget, peregrinam nempe vocalium copiam et diſpoſitionem molliorem esſe et faciliorem, quam conſonan-

(343) Een paar woorden over het Hoogd. en Nederl. in de R. o. d. R. 1819. XII D. n. 1. bl. 20. ſqq. (344) Cf. JEAN PAUL: Vorſchule zur Aesthetik II, 84 p. 99. (345) Cf. LULOFS Schets p. 201. (346) Cf. LUBLINK Brieven p. 24. ſq. vocabulorum autem ex peregrinis compoſitorum exempla habet ADELUNG II, 229. (347) Haec inter alios refutat VANDENBROECK in libello: Nadeelige gevolgen van de onverſchilligh. der Vlam: en Brab. omtrent hunne moedertaal etc. Aalst 1817. ubi nonnulla, quae huc faciunt, inveniuntur. (348) Verisſime hoc ſenſu HOOFT, postquam dixerat, ſeverum puri Belgici ſermonis ſtudium affectationem videri posſe, caeteroquin vero labi et cadere linquam, ita pergit (Epist. 423. ad CONST. HUIGENS:) „de Vader der Roomſche welſprekenheidt, hoe noode komt hij daaraan? hoe zeurt het hem een Grieks woordt te laaten ſlippen, ſlechts bij maniere van voorraadt, tot dat hij een bequaam Latijnsch zal gevonden hebben?"

tium in vernacula cumulationem. Sed haec de differentia sufficiant; ex quibus ipsis summa convenientia et necessitudo facili negotio colligitur: ut nimis anxia eorum ratio sit, qui Germanismos ubique reformident et sibi apprehendere videantur. Illi enim hoc quidem modo multa vernaculae auferunt, quae aeque ipsi, ac Germanicae linguae, propria sunt. (348*).

§ 28.

Ad Francicam derivationem accedimus: in cuius cum nostra comparatione non singulas particulas et terminationes nostris opponemus, qui, etsi longissimus, valde imperfectus tamen, adeoque inutilis esset comparandi modus: sed paucis iisque praecipuis observatis, de vernaculae praestantia abunde, ni fallor, constabit. Omnino Francicum idioma plurimis gaudet tum particulis tum in primis terminationibus: (349) saepe nihilominus deficit, ubi maxima est non deficiendi utilitas: duo exempla rem conficiant. Iam capite I. diminutivorum egregiam variamque vim exposui, et licet non exposuissem, propter communem in quacunque oratione ac facilem usum eam exponere non esset necesse. Quaenam vero in Franco-Gallorum lingua terminatio nostro *kyn*, *ken*, *je*, *tyn*, respondet? nulla profecto. Scio quidem, complura esse Gallica diminutiva, v. c. *maisonnette*, *besognette*, *echantillon*, *tendron*, *oiselet*, *Menotte coquin*; (349*) sed hae non sunt, nisi totidem exceptiones: (350) nullam enim firmam diminuendi terminationem regulariter suis vocibus, nostro more, annectere possunt; quod vix opus est, ut Rollini (351) hisce verbis confirmem: „notre langue ne fait guères d'usage non plus des diminutifs, qui donnent au Grec et au Latin tant de grace et de délicatessé." In cuius laudis societatem sponte nostram linguam intrare apparet, modo poetas nostros inspiciamus, qui eximia hac facultate incantant quasi et fascinant. (352) In privativis eadem nos offendit linguae Francicae inopia: nos-

(348*) Cf. Cl. LULOFS Schets p. 140. (349) De quibus Ioh. Sev. Vater: Algem. Gramm. p. 35, 41, 43, 45, 95, 96. (349*) Cf. BILD. Gesl. p. 276. (350) Cf. V. Cl. LULOFS: Iets over de Verkl. woord. Rec. IX D. n. 12. p. 527. (351) Man. d'ens. et d'etud. les bell. lettr. I, 99. (352) Omnino V. Cl. LULOFS p. 524. sq.

tro *loos* enim plane non habent, quod opponant: et verum quidem est, eos saepius, uti nos *on*, ita *in* negandi potestate vocabulis adiicere posse; non tamen illa ipsis uti nobis privandi regula est, sed frequenter adiicere nequeunt v. g. voci *nécessaire* et *celèbre;* pendent enim a Latinis, quibus particula *in* saepe vi praepositionis venit. Porro, si insignem vernaculae linguae eam qualitatem attendimus, ut accentus in praecipuam vocis partem cadat, (353) quantum ab hac praestantia distat lingua Francica, quae terminationes suas accentu munire solet? Sed in primis illud attendendum est, Francicas particulas et terminationes non ex Francico fonte fluere, sed ex peregrino plerumque. Quia enim nos *ier* dicimus, ubi Germani *er* adhibent, non male Francorum *ier* cum nostro *er* cognatum dicas. (354) Simili modo nostrum *heid*, antiquitus *ede*, Francico *é* originem dedisse, existimat BILDERDYKIUS. (355) Ex Latina autem lingua *able* est, v. c. *traitable*, *tractabilis; aire*, v. c. *exemplaire*, *exemplaris; ain*, v. c. *Africain*, *Africanus; tion*, v. c. *definition*, *definitio* etc. Similiter praefixae saepius sunt peregrinae. Quaenam iam hinc sequuntur? primo quidem turpe profecto est et pauperem linguam redolet, ex aliis etiam ea sumere debere, quae, uti particulae et terminationes, ad absolutam necessitatem requiruntur; sed praecipue hoc attendendum, nullam in huiusmodi derivationibus iuvenilem vim adesse posse, nullum iuventae vigorem. Scilicet linguis antiquissimis primitivis hoc proprium est, ut apte omnes partes inter se cohaereant, et tamquam toni musici in unam harmoniam concinant: haec igitur laus ad nostram linguam, confusione cum aliis minime corruptam, pertinet, ut suis ipsa fundamentis innitens sibique sufficiens, (356) Francicam longo post se intervallo relinquat. Neque propterea extraneas voces in vernaculam irrepsisse, nego: (357) imo barbarae etiam nonnullae particulae derivationis genitrices introductae sunt, plerumque quidem ex ipsa lingua Francica: has vero si cum genuinis compares, eas tum numero paucas invenies, tum usu non admodum frequentes, ut vix extremas linguae corporis partes levibus quibusdam maculis contaminasse censeri possint. (358)

---

(353) De cuius regulae utilitate praeclare monent CAT. p. 6. et SIEGENB. Rijkdom, p. 135. sqq. (354) V. diss. p. 14. (355) P. 289. (356) LULOFS, Schets p. 8. (357) LULOFS, Schets p. 138. (358) Cf. V. Cl. LULOFS in Exc. Etym.

§ 29.

Capite II compoſitionis utilitatem eiusque magnum in vernacula uſum ſatis, ni fallor, explicui. Ut igitur hac etiam in parte noſtram praeſtantiam vindicem, vel digito Francicam compoſitionem demonſtrare ſufficiet. Etenim res est pervulgata Francica compoſita plerumque extrinſecus aſſumta eſſe. (359) *Teleſcope*, *metamorphoſe*, *orthographe* Graeca ſunt, ſive directo, ſive ope Latinae linguae inde accepta: *conſtant*, *magnanimité*, *ſuicide*, Latina ſunt. Alia ſimili ratione aliunde ſumſerunt, veluti ab Anglico *ridingcoat*, *redingotte* fecerunt, a noſtro *pakketboot*, (quum Belgico *pak* Francicum *et* acceſſerat) *paquetbot*. Iam, ſi nos *plaatsbeſchrijving*, *vadermoord* dicimus, ab omnibus, qui Belgice loquuntur, facile intelligimur, neque pluribus opus est, quam ut *plaats* et *beſchrijving*, *vader* et *moord* percipiantur; quaeque enim vox compoſita apud nos ſui ſecum fert definitionem. Quid vero Gallus? primum quidem, ut vel leviſſima linguae cognitione imbutus ſit, vocum *lieu*, *déſcription*, *père* et *meurtre*, ſignificationem cognoſcere debebit: ſed num propterea *chorographie*, *parricide* intelliget? ſcilicet vel Graeca et Latina doctus ſit necesse est, ut χῶρος, γράφειν, *pater* et *caedere*, perſpecta habeat; (360) vel praeter 4, quas dixi, vocabula duo alia memoria comprehendere debebit: cuius praeter hanc ipſam moleſtiam etiam illud detrimentum est, ut, quum non tantum vocabulorum, ſed rerum quoque ſit compoſitio, confuſa magis huius comprehenſionis idea, quam diſtincta notio ipſi ſit. Hinc eiusmodi errores naſcuntur, quales notat SIEGENBEEKIUS, v. c. (361) *economie domestique*, *ſtratagème de guerre*. In primis autem, ſi ducta ſignificatione peregrinis compoſitis utuntur Franci, hocce damnum accedit, ut ipſis propria ſit ſignificatio, neque adeo inſigni illa vi gaudeat, quam propriae ſignificationis ad derivatam translatio neceſſario ſecum fert; itaque, quando a Franco vox *circonſpect* uſurpatur, nativus ille et vividus circumſpiciendi color ei deerit, quem Latini *circumſpectus*, nos *omzigtig* dicentes non ita cogitamus, quam ſentimus. Neque tamen Francis prorſus ſua deſunt compoſita; *clairvoyant*, *bongré*, *boutefeu*, *gardemanger* contrarium

(359) Cf. SIEG. Rykd. p. 129. sqq. (360) LULOFS Schets p. 10. ſq. (361) Rykd. pag. 132. cf. auctor in nota ad ill. loc. cit.

probant: fed quaenam componendi ratio est? in linguae natura nullum est certum fundamentum: itaque in his pars definita definientem praecedit, in illis definiens definitam, ut ufus arbitrarius fola compofitionis norma fit. Quum autem nos fere in infinitum componere posfumus, vix Francus plurium, quam duorum, vocabulorum compofitionem proferre par fit.

Quanto praeterra nobis inferior est ille in verbis cum praepofitionibus connectendis! quodvis verbum fumat idque cum praepofitionibus, quam posfit plurimis, coniungat, numquam tamen huiusmodi varietatem, tum dictionis, tum fignificationis imitari poterit, qualis fe vg. in verbo *komen* offert: dicimus enim *aan - in - by - door - na - om - uit - voor - tusfchen - binnen - onder - boven - op - buiten - tegen - over - achterkomen.* Tum vero etiam fubftantivorum compofitione, quae omnium praecipua est, prorfus carent Galli; igitur, quod minimum est, fi nos duo fubftantiva uno comprehendimus, *halsdoek*, *hoefijzer*, *doodftraf*, Gallo tribus opus est, *mouchoir de cou*, *fer de cheval*, *peine de mort*. Ut vero altiora quoque fpectemus, quando in conftructione duo compofita coniungimus, quorum postrema pars eadem est, non longis ambagibus opus est, ut repetitionem vitemus, fed, figno coniunctionis adhibito, compofitionem retinemus. Vg. compofita *oogbetooverend*, *zielbetooverend* ad vocem *gezigt* referre volo, vel *klavervol* et *grasvol* ad vocabulum *weide*. Iam non necesfe est, ut repetam *betooverend* et *vol*, neque, ut aliis vocibus repetitionem fubterfugiam, fed concinne dicere posfum *een oog- en zielbetooverend gezigt*, *eene klaver- en grasvolle weide;* quae Francus hac vel fimili ratione efferre debebit: *une vue, un coup d'oeil qui enchante les yeux et l'ame, une prairie couverte de trefle et d'herbe.* Vere igitur ROLLINUS (362) de fua lingua: „elle est destituée de beaucoup de secours et d'avantages qui „font leur principale beauté (linguas Graecas intelligit et Latinas). Sans par„ler de cette riche abondance de termes et de tours propres à ces deux langues „et sur-tout à la Grecque, *la nôtre ne sait presque ce que c'est que de composer* „*un mot de plusieurs.*" Perpauca enim huiusmodi compofita lingua Francica posfidet, quae ex propriis fimplicibus formata fint; reliqua vero, quae habitu externo mutato aliunde asfumfit, ratione Franciae linguae vix dici pos-

(362) l. l.

funt compofita; quid enim aliud est compofitum, quam fimplicium vocabulorum compofitio? Ubi autem fimplicia defunt, ibi nec compofitio adfit, necesfe est. Igitur omnia illa peregrina, origine infpecta, funt compofita, fed, quando Francice efferuntur, fimplicia fiunt et unam tantum notionem continent. Hinc radicum longe etiam Graecis ditiores funt Franci: illi ter mille tantum habent, hi decem mille. Sed non verae illae, verum opinatae divitiae. Neque tamen quis putet, me prorfus improbare, ut aliunde vocabula fumat lingua Francica; cum enim per fe pauper fit et componendi facultate fere careat, ut fcopo omnis linguae fatisfacere posfit, id est ad cogitationes rite exprimendas, alias linguas omnino in auxilium vocare debet. Igitur laudandum fine dubio Francorum ftudium, quo eorum lingua pro hacce rerum conditione dives facta est et quotidie adhuc ditefcit. In primis feculi fuperioris exeuntis rerum converfio multum huc fecit. VOLTARIUS adhuc huiusmodi de vernacula fententiam tulit: eam esfe tamquam mendicam fuperbam; invitae enim ei ftipem obtrudendam esfe. Sed illa in vocibus peregrinis fufcipiendis timiditas paulatim in contrarium abiit francisfandi furorem, (363) miferandum quidem propter necesfitatis ftimulum, at utilem tamen ad linguae copiam; testentur SNETLAGII (364) et MERCIERI (365) Lexica: testentur indices novorum vocabulorum, quos Academia Francica in publicum edidit. Neque minus utile est, quod, cum Latina non fufficiat et, fi adhibeatur, Graeca tamen in auxilium vocanda fit, magis magisque ex folo Graeco fonte vocabula hauriunt Galli: ita enim faltem aliqua oritur unitas, dum certa ratione Graecas illas voces in Francicam formam transfundunt, quod novo item vocabulo *Francisation* dixerunt. (366) Si autem quis de nostra lingua quaerat, profecto, quod Gallis ob utilitatem condonandum, illud nobis fummum dedecus fit et linguae iniuria. Neque vero huius culpae rei fumus: nam, fi excipiuntur illae vernaculi idiomatis corruptiones, quae ex temporibus interdum profluxerunt, praecipue fub domus Burgundicae regimine, (367) merito, opinor, maximi in Europa Puristae dicimur; (368) qua in caufa HOLBERGI-

(363) LUBLINK Brieven I, p. 16. (364) Nouv. Dict. Franç. contenant les expressions de nouvelle creation du peuple Franç. 1795. (365) Neologie ou Vocab. de mots nouveaux, à renouveller ou pris dans des acceptions nouvelles 1802. quo tria millia amplius nova vocabula continentur. (366) De qua LULOFS Rec. IX. n. 11. p. 487. (367) De qua v. YPEIJ Gefch. der N. T. p. 377. fqq. (368) JEAN Paul l. l. quem citat. LULOFS: Een paar woord. etc. in Rec. XII. n. 1. p. 87.

us (369) nos magno hoc elogio ornat: nullam gentem magis linguae finceritatem conservasse; hoc autem eo magis mirandum esse, cum nulla gens aeque prompta sit in civitate cum peregrinis communicanda, ut iure tam humani erga peregrinos homines quam erga vocabula inmisericordes dicamur, quippe quaecunque ex veteribus Batavis originem non probarent nullo discrimine eiicientes.

§ 30.

Accedimus ad linguam Anglicam: quam si ut nunc se habet consideres, dubitabis, utrum inter Romanicas an Teutonicas referenda sit. Accuratius vero inspicienti nullum erit dubium, quin nativus color Teutonicus sit, sed mire per Francicum idioma spurcatus et contaminatus. Etiam ex ipsa derivatione, de qua pauca nobis dicenda sunt, quodammodo hoc probari potest. Praefixis quidem nostris plerumque Anglica lingua respondet: *be* occurrit in *become* (worden), *ver* est *for* (uti in lingua A-S.), *forgive* (vergeven). Etiam plerasque terminationes nostras magis minusve mutatas in Anglico sermone deprehendes: *schap* fit *ship*, *dictatorsship*, *nis* in *ness* transit, *generousness* (edelmoedigheid; *ness* enim plerumque nostro *heid* respondet, quorum eandem fere vim esse novimus), *lyk* in *ly*, *ig* in *y*, (370) *seriously*, *softly* (zachtelijk), *mothy* (mottig), *loos* scribitur *less*, *sapless*, (sappeloos). Sed Francicas quoque terminationes Angli cum ipsis vocibus assumserunt, *tractable*, *affectation*, *formality* (formalité) Verum quaenam differentia est? scil. Germanae terminationes saepe et iis vocibus adiunguntur, quae a Francis deductae sunt (quod in ipsis quoque exemplis, quae modo dedimus, observari potest); sed Francicas plerumque retinent quidem, si cum ipsis vocibus ad ipsos venerint: sin minus, numquam adhibent, nisi in vocalibus ex Francico fonte derivatis. Sed tum reliqua lingua, tum vero etiam historiae nullum de nativo Anglici sermonis colore relinquunt dubium. Nam cum Anglo-Saxones seculo 5° medio in Angliam transirent, eorum lingua ibi propagata fuit et quidem ita, ut perpauca ex priscis incolarum dialectis in Anglo-Saxonicum sermonem traducta vi-

---

(369) Deensche Spectat. bl. 189. der Vert. (370) De harum cognatione cf. BILD. pag. 250.

deantur. (371) Haec lingua autem cum Frifiaca, cuius cum nostra communem radicem esfe fcimus, tam arcte cognata est, ut vix eorum monumenta antiquisfima discernere par fis. (372) Quum vero interea per Danorum catervas Anglo - Saxonum lingua multa Danica asfumfisfet, feculo II GULIELMUS Conquestor in Angliam traiicit et Francicam, vel potius Normannicam linguam novis fubditis obtrudit. Quod cum non penitus fuccederet, faltem id effectum est, ut ex linguae Francicae et Anglo-Saxonicae commixtione hodiernum Anglicum idioma exftiterit, cuius magna quidem pars Francica est, Anglico tamen habitu induta. Nam, quum femel ex ea lingua in fuam vocabula transtulerant Angli; deinde magis magisque fecerunt, (373) ut vel tota compofita inde ad verbum exprimerent, *revivification*, *portmanteau*, *transfretation*. Sed in iis, quae ex Teutonica origine retinuerint, eandem fequuntur, quam nos, componendi rationem: itaque *reapingtime* dicunt (oogsttijd), *rockfalt* (klipzout), *bafeminded* (fnood, laaggeestig.) Quamvis igitur penitus facultate componendi non careat lingua Anglica, tamen ratione earum vocum, quas aliunde accepit, (quae quidem plurimae funt) iisdem, qua Francica, laborat vitiis; quare cum vernacula nullo modo comparari potest, in primis quum magis linguarum colluvies, quam iusta lingua videatur. (374)

§ 51.

Quamvis non ad hodiernas Europae linguas pertineat Latina, neque adeo ad unam ex tribus, quas fecimus, clasfibus, nonnulla tamen de ea addere iuvat, ut, quam longe etiam huic eruditionis linguae vernacula praeftet, appareat. De eius derivatione non dicam: haec enim fatis copiofa est, tum etiam faepe cum nostra convenit, ita quidem, ut BILDERDYKIUS eam univerfe in nostra lingua fundamentum habere diferte affirmet. (375) Quum autem nullum fere vocabulum

---

(371) Cf. V. Cl. LULOFS p. 168. fqq. YPEIJ Gefch. enz. p. 175. fqq. (372) LULOFS p. 59. 109 et n. 58. (373) Cf. V. Cl. LULOFS p. 171. (374) Ita BOYER in praef. Dict. Anglos, quod ad linguam, avaris comparat, qui per multos annos divitias cumulantes earum magnitudinem ignorant, quum ftudio perpetuo plura colligendi ea, quae habent, animadvertere negligant. (375) Pag. 187. ubi Latinum *alis* et *ilis* cum nostro *el*, *aris* et *arius* cum *er*, *icus* cum *ig* comparat v. porro pag 217. 282. 293. et pasfim.

nobis adsit, quod cum alio societatem et coniugium recuset, contra admodum parvus est compositorum apud Romanos numerus. Exemplum praebet QUINCTILIANUS vocem *maleficus*. „Nam, inquit, ex tribus nostrae uti-„que linguae non concesserim: (376) quamvis *capsis* CICERO dicat com-„positum esse ex *cape*, *si vis* etc.” (377) Verum non semper adest compositio, ubi vocabula scribendo vel dicendo copulantur: sic enim etiam omnes illos contractos dicendi modos et in pronunciatione conglutinationes, quibus in primis maiores nostri usi sunt, inter composita referre debuissem, veluti *ontsaghestu*, pro *ontsaghes tu*, *hebber*, pro *hebben er*, *alsmen*, pro *als men hem*, *wat dedi*, pro *wat deed hij*, similia. (378) His igitur componendi angustiis quum, secundum GROTIUM, duritas quaedam ét iniucunditas accederet, ex longitudine simplicium aut derivatorum, profecta, id effectum est, „ut, cum posteritati placere non possent, in desuetudinem pleraeque abi-„rent.” (379) Itaque Latinae linguae indoli compositio obstat, neque propterea magnopere ei studebant Romani, (380) imo eam excludebant fere, et quamvis magno vernaculae amore imbuti, (381) si vocabuli inopia laborabant, Graecum fontem adibant, (382) sine quo subsidio Latina lingua vix eruditorum communis esse possit. Ipse CICERO (383) *philosophiam*, *rhetoricam* aliaque Graeca vocabula idcirco admittit, quoniam usu recepta sunt: simul vero Latine ea dici posse affirmat, sed quomodo quaeso? Scil. per descriptionem, qua idem ille, ne nova Graeca assumat, ea exprimere solet, nisi aut derivando aut praepositione vocabulo cuidam adiicienda (384) rem conficere possit.

Iam vero adeat quis Belgicas COORNHERTII, HOOFTII, IANI TEN

---

(376) Excipienda tamen composita cum praepositionibus quemadmodum *subabsurdus* dicunt. Reliqua plurium vocabulorum composita v. g. notum illud *Thesaurochrysonicochrysides* ap. PLAUT. in Capt. II. 2, 35. mera Graeca sunt. (377) Inst. orat. I, 5. pag. 45. ed. Bipont. (378) HUYD. Pr. I, p. 297. ad ARM. STOKIUM I, 17 et 48. 49. 432. 482. BILD. pag. 182. (379) GROT. ll. p. 65. (380) Hinc ADELUNG I, 210. caussam repetit, quare in antiquis Grammaticis vocabulorum compositionis nulla sit mentio; nempe ad effigiem Latinorum Grammaticarum hae efformabantur, in quibus vix mentione digna erat. (381) v. GROTIUS p. 55. (382) HORAT. A. P. v. 52. Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si Graeco fonte cadant, parce detorta. (383) Vg. de fin. III, 2. (384) Nam hac in parte satis valet lingua latina.

BRINK ex Lingua Latina verſiones: (385) et, licet multa in Romanorum ſcriptis inveniantur, quae nobis ignota ſunt, nihilominus Belgice perfecte illa exprimuntur et expresſa facillime percipiuntur, etiam ſi res novae ſunt adeoque novis et inauditis vocabulis indigeant. Adeo recte GROTIUS „divinam „profecto, inquit, (386) linguam, in qua pueris licet, quod HORATIUS ſibi, „VIRGILIO, VARIOque invideri conquestus est."

(385) Cf. SIEGENB. Rykd. p. 48. Exemplo hoc magis adſtruit idem p. 113 et 114. (386) Pag. 67.

SECTIO SECUNDA.

De vernaculae in derivatione et compositione cum Graeca lingua consensu.

§ 32.

Ad ultimam operis partem transeundum est, ut in his omnibus consensum cum Graeca lingua probabiliter demonstremus. Universe antiquissimis temporibus aliqua fuit inter Germanos et Graecos affinitas; nimirum Thracum gens intermedia erat: hanc autem satis arcte cum Germana cognatam fuisse firmissimis argumentis V. Cl. LULOFS demonstravit (387) ex similibus de utraque gente traditionibus potissimum petitis. Hinc igitur facile etiam linguae in quam pluribus partibus similitudo explicatur. Etenim non solum singulae voces in utraque lingua et forma et significatione saepe conveniunt, uti multis exemplis MYLIUS et longe etiam pluribus REITZIUS ostendere conatus est, (388) sed in dicendi quoque modis et universo linguae aedificio multas idem ille REITZIUS similitudines indicavit (in quibus omnibus tamen probe tenendum est, omnium linguarum multa esse communia, neque aliter evenire potuisse, quum eadem humana mens in illis omnibus operata sit adeoque necessario eadem saepe efficere debuerit). Verum hoc loco de derivationis tantum et compositionis similitudine agendum est. Ex iis autem, quas capite I explicui, praefixis et terminationibus earum in vernacula et copiam insignem esse et usum frequentem, recte colligitur. Neque profecto inferior est lingua Graeca. Exempla autem omitto, quoniam ex horum paucitate de derivationis in Graeco sermone ubertate iudicari non possit.

(387) Schets pag. 16. sqq. (388) Cf. ABRAH. VAN DER MYLE Lingua Belgica pag. 35. sqq. REITZ Belga Graec. pag. 163—307.